



Pra. 4. num. 30. 15

4

A7

1711, 2

FORTUNANTE GRATIA EXCELSI
DISSERTATIONEM
DE EO,
QUOD JUSTUM EST CIRCA

EXCURSIONES
MARITIMAS,

Vom Recht

P. 463.

Der Kapten /

PRÆSIDE

Viro Nobilissimo, Consultissimo, Excellentissimo

DN. SAMUELE FRIDERICO

WILHELM BENIG

U. J. D. Ejusdem ac Historiarum Prof. Publ.

nec non Athenai Inspectore,

Fautore & Præceptore colendissimo,


Horâ locoque consvetis,

DIE XVIII. MENSIS JUNII ANNI MDCCXI

PUBLICÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI

SISTIT

FRIDERICUS Gottlieb Engelcke.



GEDANI, Typis JOH. ZACHAR. STOLLII,

ATHEN. TYPOGR.

13

3010

DEO
OPTIMO
MAXIMO
SACRUM.



Q. D. B. V.

CAPUT I.

De Scelerata Piratica, ejusque vindicta.

I.



E Oeda ignorantia an brutus affectus Scelera in fit apud homines nonnullos, qui se- gloria ver- lera pro virtute, & savitiam pro huma- ti à nonnul- nitate aestimant, quicq̃ non saltem in- lis. amorem illorum ex studio habendi in- citantur, sed planè per ea honori & glo- ria suæ consultum eunt, neminem non dubitare sinit, qui secutus rectæ ratio- nis dictamina humanam naturam ab illis horrere & ea prorsus damnare in-

telligit. Sed forte est, quod tam callidum apud tales sedeat consilium, quod velint justis colere obducere qualemcunq̃ injuriam, & videri honesti titulo agere, quod omnem honestatis & aequitatis aestimationem respuit. Nam cum adeo ad honesta hominem natura sua stimulet, ut suæ dignitatis præcipuum gradum reponat in illis, contra vero à turpibus istam graviter devenustari sentiat, sunt qui inter ipsa sua flagitia conantur dici honesti, & ad nominis gloriam contendunt, cæmeti nihil, quod illam fovet, factis suis inesse, ipsi probè videant. Est hujus rei testis Seneca, qui lib. 4. de Benef. cap. 17. his verbis disserit: *Placet suapte natura: adeoq̃, gratiosa virtus est,*

▲

est,

2
CAPUT I. DE SCELERATA PIRATICA

est, ut inustum sit, etiam malis, probare meliora. Quis est, qui non beneficis videri velit? qui non inter scelera & injurias opinionem bonitatis affectet? qui non ipsis, qua impotentissimè fecit, speciem aliquam induat recti? velit quoq; iis beneficium dedisse, quos læsi. — Quod non facerent, nisi illos honesti & per se experendi amor cogeret, moribus suis opinionem contrariam querere, & nequitiam abdere, cujus fructus concupiscitur.

Exemplum
in latrocinis
& prædis.

II. Verum hac in re non attinet tam scrupulosos esse, quam ad exempla, quæ possunt in scenam produci, respicere, & perpendere, extitisse populos, quibus in pretio scelera fuerunt, & qui inter alia de raptu vivere sibi gloriosum duxerunt, ac publica autoritate hoc institutum prosequi ausi sunt. De Cilicibus Sextus Empiricus. *Pyrrhonian hyporhes. Lib. 3. c. 24. p. 154. B.* hæc consignavit: Prædari apud multos barbaros infame non existimatur: imò vero etiam hoc fertur apud Cilices gloriosum fuisse, adeò ut eos, qui inter prædandum obissent, dignos esse, quos honore prosequerentur, judicarent. De prædis Germanis Cæsar in *Bello Gallico lib. 6. c. 23.* idem memorat: Latrocinia nullam habent infamiam, qua extra fines cujusq; civitatis sunt: atq; ea juventutis exercenda ac desidia minuenda causa fieri dicunt. Et deinde: Maximam civitatis laudem apud eosdem fuisse, quam latissimas circa se vastatis sinitibus solitudines habere. Hoc proprium virtutis existimant, expulsis agris finitimos cedere, neq; quempiam prope se audere consistere. Ita de Tartaris Sigismundus Herberstein in *Comment. Rer. Moscovit. p. 90. C.* refert, quod adhuc hodie jus in viribus habeant, & simili obtentu prædari & latrocinari siveverint. Nam ut quisq;, inquit, re aliqua indigerit, eam ab altero recipere potest. Si quis apud judicem de vi illataq; injuria conqueritur, reus non negat, sed ea re se non carere potuisse dicit: tum Judex hujusmodi proferre solet sententiam: Si tu vicissim re aliqua indigeris, rape ab aliis. De Piscidiæ incolis Chalcondila lib. 5: Pastores sunt, Turcarum linguam in usu habentes, Latrocinis intenti vivunt, prædasq; ex Syria & finitima regione agunt. Plura de aliis hanc in rem collecta videri possunt in *Observat. Hallens. Tom. VII. Observ. 6. & 7.*

III. Non

III. Non continuerunt vero se istiusmodi prædones intra terrarum spatia, sed ad maria quoque eos audacia impulit, qui ut quædam animalia, quibus aquam terramque colendi gemina natura est, sub ipso hostis recessu impatientes soli, in aquas suas profulerunt, velut de Cilicibus Florus *lib. 3. c. 6. n. 6.* loquitur, quos inter & Romanos piraticum bellum exarsit. Constat enim quanti fecerint quondam populi nonnulli piraticam ab exemplo Scytharum, Græcorum & aliorum, de quibus Thucydides *Bello Peloponn. lib. 1. pr.* Græci olim & Barbarorum quicumque, incontinenti maritimi erant, quique, insulas incolebant, ubi ceperunt crebrius alij ad alios navibus transire, ad latrocinium conversi sunt, ducibus viris mediocris potentia, tum sui questus, tum pauperum victus gratia; adorti civitates muro vacantes, vicatimque habitatas, cum hoc factum nondum ignominiam, sed nonnihil gloria potius asserret. De Phocensibus Justinus *lib. 43. cap. 3.* sequentia notat: Namque Phocenses exiguitate ac macie terra coacti, studiosius mare quam terras excurrere: piscando, mercando, plerumque etiam Latrocinio maris, quod illis temporibus gloria habebatur, vitam tolerabant. Et Agathoclem Siciliæ Tyrannum, qui ex humili & sordido genere ad regni majestatem pervenit, non obstante, quod subito ex inope dives factus esset piraticam adversus patriam exercuisse, idem Justinus testis est *lib. 22. c. 1.* Plures passim à tot sæculis in historia reperire licet piratas, qui ad nominis gloriam per piraticam contenderunt, & in vitæ integritate vixisse sibi persvaserunt, quorum agmen ducit Milias tempore Dionysii primi, qui cum à Rhodiensibus captus & ad mortem damnatus esset, oculis ad cælum erectis Neptunum imploravit, exclamans: O Deus & maris Patrone, miserere mei in tantis angustiis, qui tibi quingentos hominum manu mea cæcos in mari pro sacrificio obtuli, quadraginta millia ibi suffocavi, triginta millia variis calamitatibus perdididi, & adhuc supra viginti millia in pugnis navalibus neci tradidi Thomas Garzonus in *Officina universali Discurs. 143. p. 1018.* vid. Olaus Wormius in *Monumentis Danicis ad Monument. Tristadense.* Vicque ad Weirsi Tr. de Avariis S. 14.

Aliud in piratica.

*Tempora,
quibus in bo-
no & malo
sensu pirati-
ca accepta.*

IV. Apud alios piraticum hoc institutum ex temporum diversitate æstimatum fuit. Nam cum veteres quidam victus causa istud exercebant, sine insidiis & injuria aliorum, ut & accepta exigua stipe contenti viverent, id inculpatum & ad vitam necessarium actum significavit, & piratæ honestum nomen meruerunt, nec illos, interrogati ab eo, cui in mari obviam venirent, an essent piratæ? puduit id apertè fateri Thucydid. *de h. 1. & de antiquis Græcis lib. 1.* Postquam vero illi ultra manus extenderent, & in alios insidiosi & rapaces fierent, nomen eorum, inprimis à Romanis & Græcis in malo sensu usurpari cœpit, eoque deinde omnis piratica indicata fuit. Quanta enim eorum increbuerit audacia, tot tamq̃ famosorum piratarum exempla fidem faciunt, ex quorum numero de Vitalianis maris Balthici piratis vulgo Vitualien-Brüdern quæ Cranzius *lib. 9. Vandal. c. 22. & 29.* consignavit, hic strictim expendere lubet. Cum enim Albertus Svecorum Rex Anno 1389. à Margaretha Regina Daniæ victus & captus esset, civitates Rostochium & Wismaria per publicum Edictum omnibus, qui suis sumtibus contra Danes excursiones maritimas facturi essent, tutum receptum & stationem in portibus suis promiserunt. Id vero cum quidam agere instituerent, non diu intra terminos præscriptæ licentiæ manserunt, sed in amicos æquè ac inimicos prædando processerunt, & ipsos quoq̃ cives dictarum urbium crebrius infestarunt. Et hi ipsi se Vitalianos cognominarunt, quasi victum suum marium deprædationibus parantes. Illi ad captos includendos peculiari modo usi. Nam vasa, quæ potui aptata erant, aut aliis mercibus includendis (tonnas vocant) una extremitate ad capacitatem humani capitis emittendi perforarunt, & extante capite singulos singulis incluserunt. Cum vero eorum malitia indies publico detrimentosa appareret, tandem remedium adhibitum, & ad eos persequendos à Stralesfundensibus armatæ naves emissæ, quos captos eodem genere custodiæ detinuerunt, postea publico judicio condemnatos extraq̃ urbem productos gladio interfecerunt. Ne dicamus plura de aliis piratis, qui recentioribus seculis in-

notue-



notuerunt, utpote Francisco Enterolle, Valentiniano, Barbarossa, Drago, Compano, Morato, Raja & aliis, de quibus & factis eorum videri possunt Theatr. Europ. Tom. 1. ad do. 1618. p. 30. seq. Happel. in Relat. Curios. Tom. 3. Part. 2. p. 588. seq. Autor der Barbarischen Sclaveten p. 11—24.

V. Æstimet autem quicumq; velit hoc artificium prædæ, *Ejus turpi-*
 si larvam ei detraxeris, constabit, execrabilem morem esse, *tudo ostendi-*
 quem in terra & mari itinerantium securitatem infestantes & *tur & vocis*
 fastidientes laborem professi, ut ex raptu instrumenta vivendi *pirata origo.*
 haberent, hocq; modo nefario uno tempore ditescerent. Ne
 simus de prædonibus terrestribus solliciti, saltem marinorum
 turpitudinem detegemus, qui Piratæ dicti L. 3. §. 1. ff. Naur.
 Caup. Stab. L. 13. ff. Commod. L. 19. §. 2. ff. de Captiv. vel à voce
 Pira quæ Græcis fraudem aut imposturam significat, vel *πῆρ*
πῆρ à transeundo. Gallis *Corsaires*, Germanis *See-oder*
Meer-Räuber; item *Seehaanen* Septentrionalibus olim nomi-
 nati, qui eo proposito per mare discurrunt, ut navigantes
 invadant, spolient, occidant, aut victos in servitutum mit-
 tant, vid. Molina de Just. & Jure Tr. 2. Disp. 694. n. 3. An
 ergo quod in necem & injuriam innocentium intenditur ho-
 nestum dici potest? an gloriæ nomen meretur aut juris præ-
 textum, quod naturalem hominum cognationem perfringit?
 aliter pridem de piratis Florus c. 1. scripsit: quod sublati com-
 mercii rumpant fœdus generis humani, & Tullius 3. Offic. Pirata
 non ex perduellium numero definitur, sed communis hostis omnium.
 Hinc & ad eos persequendos pro maris securitate suopte-
 motu excitati tot insignes viri, rerumque maritimarum ex-
 perientissimi, ut Minoes, Hercules, Cimon, Marius, Augu-
 stus, Thucyd. lib. 1. p. 3. Plutarch. in Theseo p. 3. 383. 408.
 Strabo lib. 3. 4. & 7. p. 162. & 224. certi, istiusmodi præ-
 dones, ut publicæ fidei hostes, ipso jure diffidatos, nec con-
 tra eos publica diffidatione amplius opus esse. Baldus &
 Salycet ad Arb. Navigia C. de Furi.

Hobbesius pi-
 raticaparvo-
 nus reserua-
 per euro

VI. Utinam vero ad præscam populorum barbariem per-
 tineret opinio habenda gloriæ ex piratica aut justitiæ colenda

per eam, non autem illa transisset ad eos quoq; quibus cultus ingenium est, & qui Christiani dicuntur & videri volunt. Sed suo exemplo docet Thomas Hobbesius de Cive cap. 5. §. 2. quod fecerit cum illis, qui piraticam approbant, quando asserit: *Rebus sic stantibus Anq̄m̄ non fuisse contra legem naturæ, quod ex putido suo fonte: Statum naturæ bellum omnium esse contra omnes de Cive cap. 1. §. 12. & 6. 5. §. 2. haustum, ut limpidam aquam venditat. Verum cum istum fontem dudum saniores obturaverint, & ostenderint, à Philosopho illo statum naturæ concipi, quem ipsa natura damnat, quæ tantum illud probat, quod ad hominis conservationem pertinet, hæc vero nulla esse potest, ubi bellum omnium in omnes admittitur, ut potius quodlibet in hominum injuriam exurgat, & nulla quies, nulla vis sit pactorum ac fœderum, nemini quoque certum jus in sua, cum idem & alius sibi asserere queat, adeoque omnes homines in eadem re idem jus in solidum prætereendere possint, quod omnino contra sanam rationem, nec per naturam esse potest. Vid. Cumberland de Legib. natur. cap. 1. §. 30. & 32. Rachel. de Jure nat. §. 106. seq. inde facile sequitur, reliquias illas de patrocinio piraticæ omnem quoque justitiam perdere. Longè æquius & rationi magis conforme est, quod à Cicerone 3. Offic. dicitur: *Detrahere aliquid alteri, & hominem hominis incommodum augere commodum, magis est contra naturam, quam mors, quam paupertas, quam dolor.**

A nobis ut grave crimen damnatur. VII. Nos ex hac ratione: neminem lædendum esse, omnem piraticam ut grave aliquod & nefarium crimen damnamus. Nisi enim id observatum fuerit, hominum vita semper in lucta erit, & læsus ad omnes casus paratus adstabit, ut quibus possit modis invasorem suum vicissim adorietur, quo ipso ad pacificam vitam omnis ratio & via præcludetur. Audiamus quantis verbis atrocitatem hujus criminis perstringat Petrus Peckius de Re nau. ad Avib. Navigia de Furto n. 5. nam ita ille: *Consideret secum christianus animus, quam sit nefarium crimen, cum in hoc providentia ac dispositio ille mundi Deus vela ventis exercenda dedit, ne quid ulla parte orbis terrarum nobis*

vobis deesse, nos classes partem freti occupaturas complere, & ad innocui sanguinis profusionem relum acuere. Qua hos piratas dementia exagitat, & in vitium compellit exitium? vela ventis dane prædam paraturi, & incertam fortunam experiuntur, vim tempestatum nulla ope humana superabilem, mortem sine spe sepulturæ. Sed & si prædam nacli evaserint tot scopulos ingentes, & insidias vadosi maris, cum effugerint procellosos desuper montes, per quos præceps in navigantes venos impingit, quis hos fessos tot malis portus excipiet? vermis scilicet ille perpetuus conscientia, qui nunquam morietur, ille obvius & in litore & ubiq; se offert, & flebilem illam peccatorum sarcinam relinquere non potest.

VIII. Non solum vero turpe delictum est piratica tunc, *Sive à singu-* quando à singulis committitur, sed & quando ab integris cœ- *lis sive ab in-* tibus, à quibus illi minimè justitiæ species accedit, quasi ab *regis coeti-* illis jure belli agatur, cum civitatibus hoc datum fit, quod *bus commi-* propter summum imperium, quo gaudent, sua tueri eaque *tatur.* armis vindicare possint, quorum justitiam necessitas stabilis, quando in his terris ad sui defensionem non aliud superest remedium, quam violenta tutela. Nam uti quidem verum est, solenne bellum geri posse ab his, qui populum aut civitatem constituunt; falsum tamen ex adverso est, latronum ac piratarum cœtum civitatis dignationem sortiri, quia criminis causa sociantur, qui finis malus est, & sufficiens, ut cœtus piratarum à civili determinetur. Est quoq; probè observandum, *Differentia* multum differre populum quantumvis sceleratum, & eos, qui, *inter civita-* cum populus non sunt, sceleris vero causa coeunt. Ille civi- *tem & latro-* tas manet, quia manet juris fruendi causa sociatus, & exteris *num coetum.* non minus jus reddit quam suis inter se, si non per omnia secundum jus naturæ, quod apud quosdam populos per pravos mores oblitteratum est, secundum pacta tamen cum illis inita, aut secundum mores, & propter sua scelera saltem corpus morbidum audit; hi vero, licet speciem quandam justitiae æquique inter se habeant, ut cœtus illorum subsistat, in permittent tamen generis humani sociati vivunt, & ideo longe absunt à civitatis jure. Hinc nec si armis depugnentur, aut ipsi aliquem debellant, ut hostes considerari possunt, nec miles illis erunt, nec.

nec imperatores, tamen sese pro talibus gesserint Grot. *III.*
3. 2. & 3. Nisi apud illos id evenerit, quod moratiorem & cum
 ratione vivendi modum induxerint, & suæ societati justiregi-
 giminis formam imposuerint, tunc enim tam singuli quam
 integri cæcus nomen ducis vel justii Principis aut legitimæ
 civitatis sortiuntur. Nam multi grassatores Regum appellatione
 digniores habiti sunt, quam eorum plerique, qui regalia sceptrum re-
 nent, qui suæ divitatis ac immanitatis probabilem causam nullam
 habent. Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 1. p. m. 3.*

An civitatis
 nomen for-
 tiantur, Al-
 gerienfes,
 Tunetami,
 &c. Ratio
 dubitandi.

IX. Ex jam adductis, lubet hic disquirere, quid de
 populis Algeriensium, Tunetanorum, Tripolitanorum & Za-
 leensium, qui ex præda marina ad tantam potentiam evecti,
 & hodiernum mare graviter infestant, habendum sit, num
 justæ civitatis nomen mereantur, scilicet hunc in finem, ut
 constet, an alii populi cum illis justum bellum gerant, illique
 ad effectus solennis belli consequendos non pro piratis ha-
 bendi sint? & videri posset nomen civitatis non mereri, quia
 Africa propter talia monstra, quæ gignit & alit, morationi-
 pactorum fide se obligare passus sunt, sed innumeris perjuriis
 humano generi sese intolerabiles præstiterunt. vid. *Theatr.*
Europ. Tom. IX. p. 840. seqq. & 1018. 1082. 1367. & quicquid
 malitiæ excogitari potest, in ejus perniciem ausi sunt, ut
 idcirco quoque factum sit, quod ad barbaram eorum fero-
 ciam castigandam aliquoties militares copias transportave-
 rint Angli, Belgæ aliique populi, ab illis inprimis in mari infe-
 stati, vid. *Lieuve ab Aitzema Sacken van Staat en Orlog P. 5. p. 64.*
Edit. in fol. Lucas von Busch im Schau-Platz des Krieges in den
vereinigten Niederlanden P. 1. p. 49. 150. 173. 266. 314. seq. Nam
 & ipse Carolus V. Romanorum Imperator Algeriensis Ao. 1546
 classe navali aggressus est, & Tunetanos 1536. expugnavit,
 ac Tuneto occupata ejus regem Muleassem tributarium red-
 didit, ipsamque civitatem non sine multorum millium strage
 militibus suis in prædam concessit Leunclav. *lib. 18. Histor.*
Turcic. Francisci Cæsar. Helden p. 168. seqq. Pari quoque curâ
 & manu contra illos Rex Galliarum hodiernus Ludovicus XIV.
 processit,

processit, cuius nomine ipsi scriptam Panegyrim legere licet apud Marcum Meibomium in *Dedic. Tr. de Fabrica Trivremium P. 2. seqq.* nempe non alia ex ratione, quam ut sceleratum eorum institutum reprimerent, & per mare navigantibus plenam securitatem forti manu procurarent.

X. Verum quamvis ob horum barbarorum summam iniquitatem, & quod sine ulla causa Europæos populos, tanquam exteras gentes, quibuscum nullam amicitiam habent, pro hostibus suis habeant Alberic. Gentil. *Hispan. Advocat. lib. 1. c. 13. in f.* sano corpori cætus eorum non comparari possint, sed valde ægrotantem & morbidam civitatem referant, quin tamen civitatis nomen mereantur, vel inde non dubitare licet, quod illis populis leges sint & judicia, ex quibus exteris pariter ac suis jus reddunt, ad minimum secundum pacta cum illis inita, quod ad civitatis jura obtinenda sufficere s. s. adductum est. Talia vero pacta, quæ illi & Europææ nationis populi inter se inivere, & illis sese mutuo obligarunt, imprimis ad securitatem commerciis præstandam, non difficile est producere. Ita enim in Tractatu Pacis inter Angliam & Regnum Tripolitanum *Mo. 1662. d. 13. Octobris. art. 4.* cautum est: *Quodsi naves quedam Algerienses, Tunecane, Saleenses &c. naves aliquas, prædas aut bona, ad Regia sue Majestatis Magna Britannie subditos pertinentia Tripolin aut ejusdem portum inferant, Dynastæ aut Governatores hanc permittent, ut illa intra ditiones suas vendantur. Quemadmodum etiam in Territorio Tripolitano nulli subditorum sue Majestatis ementur, vendantur aut servituti mancipabuntur. Et in Tractatu Pacis inter fœderatum Belgium & Regnum Tunecanum *Mo. 1662. art. 13.* hæc habentur: *Si quando navis militaris Tuneco veniens aliquas hostium suorum naves expugnaverit, in qua subditi suorum Prepotentium Celitudinum mercede conducti vebent, & occupata navis mercatoria erit, supra dicti subditi liberi sunt, sic ut nec iis nec eorum bonis ullo modo damnum inferatur. Sed si navis prædatrix aut militaris navis erit, memorati subditi hoc casu mancipia sunt. Vicissim etiam Belgæ ex pacto se obligarunt Algeriensibus, vendendi navibus eorum prædatoriis in portibus suis fu-**

*Respondetur
affirmative.*

nes, pulverem pyrium, vela & alium bellicum apparatus & Covid. *Capitulatie van den Turckschen Keyser vor de Onderdanen van den Staet der vereenighde Nederlanden de Ao. 1681. art. 17. Add. Tr. Pac. int. Fed. Belg. & Alger. pariter inter hos & R. Angliae de 1662. art. 2, & 1679. mense Majo inita art. 7.* Ad horum autem pactorum observantiam illi vel ideo adstricti sunt, quod propriæ suæ tranquillitatis munimenta impugnent, & bellis calamitates in sese vertant, si illa non servaverint. Nam ideo Rex Angliæ Anno 1676. armatam classem contra hos barbaros emisit, & graviter contra eorum excussores violata pacta utut vero eveniat quod fidem datam rumpant suæque perfidia intolerabiles fiant, ideo tamen jus suæ civitatis non amittunt, quia bonitas & malicia idonea mensura non est acquirendæ vel adimendæ potestatis. Et cum dicti populi per legatos suos apud alios audiantur, indicium quoque summæ potestatis apud se existentis id est, quæ non alibi quam in civitate reperitur.

Inde jura belli illis adferuntur.

XI. Ideo vero quod civitatem constituent, etiam jura belli illis erunt asserenda, nec à prædatorio suo instituto possunt tanquam latrones aut piratæ considerari, sed capta velut legitimo titulo acquisita sua faciunt. Hinc in summo Auditorio Parisiensi Grovius III. 9. ult. tum, cum ista scriberet, rectè judicatum ait, ne civium Gallorum bona ab Algeriensibus capta & recepta cederent pristinis dominis, quod capta jure belli mutassent dominium, illique jure externo hostilia agere intelligantur. Et alii hodie adhuc idem observandum statunt, siquæ res ab illis captæ ac deinde in alios populos per venditionem translata, possessorem ab omni vendicatione tutum faciunt. Huber. *Præf. ad ff. tit. de Capt. & possim. S. 5. Feltman Respons. milit. 6. n. 29. seq.*

Piratis jura que hostium in bello sunt, negantur.

XII. Ut ad piratas revertamur. Cum atrocioris criminis infimulati sint, eorum factum nunquam pro facto bellico reputari debet, nedum illi de ullo eo jure participare possunt, quod in bello solenni hostibus inter se commune est. Mey. in *Nucleo Jur. nat. & gent. Inspecto. 7. S. 6. n. 3.* Hinc qui

qui capti ab illis sunt, libertatem suam non amittunt *L. 10. §. 2. ff. de Captiv. & postkm. revers.* & qui redemit aliquem ex vinculis eorum, redemptum pro pignore retinere nequit, quia pignus non est in libero homine *L. 6. C. de his que res pign. oblig.* Sedulo curant Principes ne piratæ tolerantur in mari ad damnificandum subditos alterius *Tr. Pac. int. Ludov. XII. R. Gall. & Remp. Venet. 1513. Tr. Pac. int. Ludov. XII. & Henric. VIII. R. Anglia 1514. Tom. II. Tr. Pac. p. 39. seq.* Illis pro sua securitate hospitium non datur aut commeatus in portu aliquo, urbe aut alio tuto loco, sed capiuntur, ut poenæ dentur, velut hanc in rem in specie conventum inter Henricum VII. R. Angliæ, & Philippum Archiducem Austriæ *Mo. 1475. art. 15. 16. 17. Tr. Pac. Tom. I. p. 785. & inter Anglos & Belgas Tr. Pac. int. Carolum II. R. Anglia & Provinc. unit. Belg. Bredæ 1667. art. 20. d. Tr. Tom. 4. p. 213. b. multo minus eo appellentibus permittitur, ut spolia sua ibi vendant, aut arma, tela vel alia instrumenta bellica aut victualia ab incolis loci emant. *Art. 15. & 18. Recept. Hanseat. Lubec. de A. 1418. Tr. Pac. int. Francisc. I. & Henric. VIII. R. Angliæ Mo. 1515. d. 5. April. Tom. 2. Tr. pac. p. 54. Tract. int. Carol. V. & Francisc. I. pro libera piscatura Haveng. Calais 2. Octobr. 1521. Tom. 2. Tr. pac. p. 93. seq. Tr. Pac. int. Carol. II. R. Angl. & Tripolis. Bassam d. 18. Octobr. 1662. Tom. 4. p. 54.* Non opus habent ea, quæ piratæ spoliarunt, postliminio, sed dominum suum retinent, qui ea vindicare potest à quocunq; possessore *arg. L. 24. §. 27. ff. de Captiv. Grot. III. 9. 16. Alberic. Gentil. Hispan. Advocat. lib. 1. cap. 11. seq.* quod & in variis pacis Tractatibus cautum legitur, & pro venditis mercibus dominis earum satisfactio promittitur *Tr. Pac. West. Monaster. int. Cromwell. Prolect. Angl. & Ordin. General. fed. Belg. A. 1654. art. 14. Tr. Pac. Roschild A. 1658. int. Svec. & Danie Reg. init. art. 11. Tr. Pac. int. Alphons. R. Portugall. & Ord. fed. Belg. Haga Comit. 1662. art. 20.* ita tamen, ut, ubi utilitas publica aliud svaserit, etiam aliter de bonis ejusmodi raptis disponi possit, uti lege Hispanica cautum extat, ut bona à piratis recepta non priori domino, sed eripienti addicantur, quo inveniuntur homines, qui*

qui alacriter operam navant in perfequendiis iis. Quanquam lex talis non alios quam ipsos cives obliget, & jure gentium extranei adhuc ad repetitionem rerum suarum admittendi sint. Grot. d. l. §. 17. Post pacem ob vim piratæ illatam, pax ideo, quod ille subditus ejus sit, cum quo pax stabilita fuit, non rupta censetur, quia rectores civitatis ejusmodi scelus, quod humanæ societati & publicæ securitati adversum est, non saltem improbare, sed prorsus ejus autores è civium numero excludere, & proinde eorum defensionem haut suscipere, quin cuiq; facultatem utendi jure pœnæ in piratas tanquam communes hostes dare velle præsumuntur. Grot. III. 20. 32. 2. Fidei tamen recipiendæ & juris inde fluentis acquirendi capaces sunt, quia homines esse non desinunt, qui habiles sunt ad acquirenda ea, quæ juris naturalis sunt, cujus communio nulla ratione tolli potest. Loccen. de jure marit. L. 2. c. 3. §. 3. 7. & 8. Strauch. Dissert. de Imp. mar. cap. 9. §. 2.

Et gravi- XIII. Non solum vero ea quæ bellici juris sunt, piratis
bus pœnis admittuntur, sed & graves pœnæ contra illos decernuntur.
plectuntur. Nam jure Canonico præterquam, quod impune lædi possint
c. 6. C. 23. qu. 3. etiam excommunicatione percutiuntur c. 2.
X. de Treuga & pace c. 3. X. de Rapt. incendi. quæ pœna in Bulla,
quam vocant Cœna Domini, apud Laertium Cherubim in
Bullario Tom. 3. & Rebuff. Prax. benefic. 301. signantibus verbis
legitur. Jure Romano in eos legalis pœna decreta extat. Ita
enim in Nov. 134. c. ult. vers. Eos vero & Auth. Sed novo jure
C. de Serv. fugitiv. habetur: Eos vero, qui violenter aggrediuntur
aut cum armis aut sine armis in domibus aut iuneribus aut in
mari, pœnis eos legalibus subdi jubemus. Quæ pœna ex Edicto
Prætoris quadrupli fuit L. 1. ff. de incendi. ruin. naufr. imperiali
constitutione approbatâ L. 5. C. de Navicular. lib. 11. sed postea
ab Hadriano exasperata, à quo de piratis & latronibus grave
sententiam ferendam sancitum L. 7. ff. d. 1. quæ capitale
supplicium continet. Itaque gladium ultorem habuerunt
supra memorati prædones maris Baltici, Vitaliani scilicet,
quorum principes famosissimi fuerunt illi duo piratæ Nico-
laus

laus Stortenbecker & Götke, Michel Cranz. lib. 9. Vandal. c. 22. & 29. add. Gryphiand. de Insulis c. 22. & 53. Theatr. Europ. Tom. 1. p. 961. seq. & Tom. IX. p. 1000. Quandoque in terrorem aliorum supplicium istud adhuc exasperatum & caput piratæ amputatum, ac juxta portum in terra palo affixum fuit Styzman. de jure marit. P. 4. c. 18. n. 88. Tabor in Racemat. criminal. in Indic. LL. tit. de Furr. ad Arb. Navigia in f. p. m. 3 150. Quod genus supplicii adhibuit quoque Anno 1496. contra sedecim piratas Civitas Gedanensis, quæ eos ad gladii pœnam condemnavit, eorumque capita ad littus maris suspendi curavit Schütz Histor. Rer. Prussic. lib. 9. p. 399. b. Et hæc pœna *Pana recepto- capitalis manet quoque receptatores piratarum, qui eos re- cipiant in aliquo portu, aut necessaria illis ad prædandum sup- peditant, aut impediunt ne capiantur ac puniantur à Superioribus, vel qui alia ratione ad piraticam auxilia conferunt, utpote in prædam agendam nuntium mittunt, vel speciale consilium suggerunt, ex quo præda marina secuta. Est enim receptatorum talium pessimum genus, qui non minori injuria insidiantur navibus ac ipsi piratæ. Loccen. d. Tr. L. 2. c. 3. §. ult. Molina de Just. & Jure Tr. 2. Tom. 3. Dispo. 694. n. 3.*

XIV. Ut vero ab ejusmodi malis hominibus mare pur- *Ad investi-*
geretur & ejus securitas stabiliatur, expedit Republica, ut sint *gandos pira-*
qui illos explorent & superiori denuncient. Ideoque instru- *tas explora-*
untur exploratoriz naves, vulgò *Auslager-Schiffe* quibus *toria naves,*
hoc datum est, quod possint offensos in mari suo, persequi *Auslager-*
in alieno, & ibi apprehendere, ne mora periculum elabendi *Schiffe mit-*
asserat. L. 1. C. ubi quis de Curiali. Magerus *Schönberg de Ad-*
vocat. Armat. cap. 8. n. 55. Becht. de Securit. & Salvo. Cond. th. *runur.*
28. Valckenier *vertoirt Europa P. 1. p. 58. in f.* Requiritur
tamen hoc casu, ut in alieno deprehensi magistratui loci si-
stantur, qui si cognoverit, capienti facultatem fuisse piratas
persequendi, facile eos abducere permittet, ne in illorum
crimen consentire & cum illis conspirare videatur, aut ex of-
ficio suo coget ad ablatas naves restituendas, & damnum
illatum refarciendum. Quandoque speciali conventionem su-
perioribus placuit ad mutuum auxilium sese contra piratas
conjun-

conjungere, ut ex *Traſſatu Commere. int. R. Sveciæ & ſederatos Belgii Neomagii d. 12 Oſob. 1679. art. 32.* apparet, ubi quoq; ſubditis ſuis ſimul ſerio injungitur, ut ad portus adventantes expellant aut capiant, captosque pœnæ committæ exhibeant. Si autem magiſtratus loci hac in re officium ſuum non fecerit, ipſe damni dati nomine reus erit, & de eo reſtituendo tenebitur, quia qui prohibere poteſt & debet injuriam, nec tamen prohibet, ipſe eam feciſſe videtur. Nihil enim juſtius eſt, quam ut ferat ille damnum, cujus aliqua culpa eſt, præ eo cujus eſt nulla. *Grot. II. 17. 20. 1. Strauch. de Imp. mar. c. ult. §. 5.*

Progreſſus ad thema propoſitum.

XV. Conſtat itaque, inter crimina, quibus maximè Reipublicæ nocetur, piraticam quoque referri, quæ omni tempore & omni populo, cui cultior vitæ uſus fuit, infeſta viſa, & acrioribus etiam remediis proſtigata fuit, & ſaltem, ubi fors tulit, quod per illam aliqui invaluerint, & formidabiles facti, pœna intermiſſa, illique impunitatis fiducia à maleſicio devocati. Cum vero accidat, quod exorto bello inter maritimos populos extra integras claſſes privatis civibus ac ſingulis ſubditis facultas detur armatam navem educendi in hoſtem, & ab eo prædam agendi, adeoque etiam inquietandi maris navigationem, quo ipſo ſape privaris à talibus privilegiatis prædatoribus ingentia damna inferantur, de quibus innumeræ audiuntur querelæ, vid. *Valckenier d. Tr. P. 1. p. 64. pr. & P. 8. p. 249. ſeq. Aitzema Saacken van Staat en Orlog P. 1. lib. 3. p. 229. & P. 2. lib. 16. p. 342. Theatr. Europ. Tom. IX. p. 730. ſeqq. & p. 741.* non ſine ratione dubitari poteſt, utrum majori jure hujusmodi deprædationes fieri poſſint, quam illæ piraticæ? & utrum hæc juſtitiæ ſpeciem impetrent ex bello, quod geritur à populis, qui ſubditis ſuis excurrendi facultatem in hoſtiles naves concedunt? Atque hæc arx eſt negotii, ad quam nunc contendendum nobis eſt, miſſis illis piratis, qui ſine discrimine homines eorundemque bona privato auſu invadunt, eoſq; ſanguine & fortuna ſpoliant, de quorum ſcelere & pœna prius tamen agere è re viſum fuit, ut de differentia illorum & excuſorum marimorum ex ſequentibus eo melius appareat. Sit itaque jam

CAPUT II.

De Excursionis Maritimæ Qualitate & Justitia.

I.

Navigationem rem temerariam esse, eamque semper
 faniores ut audax aliquod institutum judicasse, quã
 velut curru ex uno pluribusque lignis fabricato
 in fluvio & mari utuntur mortales, ex Poe-
 tarum testimoniis luculenter patet Juvenal.
 Satyr. 12. Seneca Med. act. 2. Ovid. 1. Trist. Eleg. 2. vers. 35.
 Horat. lib. 1. Carm. Ode 3. & à viris doctis offensum est, quod in
 fluminibus primum cum lintribus & acatiis cœpta, deinde vero
 per majores naves ad maria extensa, ut tamen non omnis
 ea demum post diluvium invaluerit, sed & ante illud jam
 usum aliquem habuerit. Scheffer de Militia navali veter. lib. 1.
 c. 1. & 2. p. 19. c. 3. Marcus Meibom. de Fabrica Trirem. lib. un.
 pr. Quanta vero sit navigationis audacia, major procul du-
 bio adhuc est conflictus navalis, quando homines flammarum
 & globulorum rabiem aspreti, nec infesti maris inexorabi-
 les procellas metuentes, navibus invicem incurrunt, & spe-
 luctri obtinendi, in alterius exitium operantur, quo tamen
 sæpè cum ipsa vita excidunt. Contra eos enim validissima
 elementa ignis & aqua insurgunt, & quos ignis in navibus
 incensis non devorat, illis cassis & fractis aqua deglutit.
 Vegetius de re milit. lib. 5. c. 4. Nihilominus quando viri stre-
 nui existimant plus roboris contra hostem adesse subsidio-
 classium, quam exercitu terrestri, etiam pugnas navales non
 abhorrent, quas classibus expediunt, quæ Ægyptiis, Græcis &
 aliis Gentibus jam usitata, ut & vetus Oraculum Atheniensis
 contra Xerxis adventum svaserit: ut mœnibus ligneis
 salutem suam tuerentur, quod de navibus accipiendum esse
 Themistocles interpretatus est. Nepos in Themistocle, c. 2.
 Scheffer, de Tr. lib. 2. c. 1.

Primæ navi-
 gationis au-
 dacia &
 quanto ea
 major in pu-
 gna navali.

II, Quando.

*Expeditur
hæc pugna
tam classibus
quam singu-
larum na-
vium excur-
sionibus.*

II. Quando vero bellum maritimum geritur, id non tantum integris & plenis classibus committitur, sed & singularum vel paucarum navium excursionibus, æquè ac terrestre bellum tam ab integris exercitibus, quam militum manipulis ac singulorum actibus expediri constat. Singulares ejusmodi eruptiones in hostem semper inter artificia belli relatæ sunt, quibus gloriosum & justum visum vires hostium frangere, pro quibus feliciter expediendis cautelas quasdam suppeditat *Aneas in Poliorcetic. cap. 23.* De singularum autem navium excursionibus hæc *Polybius Lib. 2. Histor. c. 10.* confignavit: *Illyrii vero quaternis lembis simul colligatis, sic cum hostibus confisgebant, ut de suis lembis securi, obliquos illos objiciendo hostilium impetum adjuvarent, sed postquam adpropinquaverant adverse naves, atque impressione facta sese illis illigaverant, tum ipsa impedita habebant.* Idem quoque *Lib. 16. cap. 3.* hæc habet: *Lembi in ipsos incurrentes modo in remos impingebant, ut à remigio laborarent, modo in puppes, modo in proras, adeo ut pariter gubernatorum ac remigum ministeria præpedirentur.* Et *Livius lib. 36. c. 44.* harum excursionum facit mentionem, simulque modum describit impetum faciendi in naves: *Dua, inquit, regie unam circumflunt, & primum ab utroque latere remos detergunt, deinde transcendunt armati & dejectis casisque propugnatoribus navem capiunt.*

*Excursio ma-
ritima alia
fit armatis
navibus ex
classe, alia à
singulis pri-
vatis.*

III. Verum non uno modo excursio maritima in hostem peragitur. Vel enim quibusdam armatis navibus ex classe mandatum à superiore datur, ut decussatim navigando hostem observent, & cum eo configant, cujus excursionis exemplum vide apud *Vatckenier verduert Europa P. 3. p. 191. seq.* vel privatis sponte excurrere volentibus, ut suis sumptibus id faciant, superiores permittunt. Patet de hoc discrimine ex deductione Danica in causa *Carloffi* contra *Svecos*, in qua illud à Danis maximè urgetur, cujus verba in *Theatri Europæi Tom. VIII. p. 1209.* talia leguntur: *Beil die Erdreierung so gar Holländisch redet / wird sie sich ohnschwer erinnern / daß die Capfabrers und Vrye Meerers / so daselbst auf Commissie fahren / keine instruction, wie Heer Carloff nach geständnuß der Erdreierung p. 95. kriegen / was gewißes und mit vorgeschriebener Masse*

zu verrichten: sondern ihre Commission ohne einige Verantwortung
 bey sich niederlegen / derselben zu folge fahren / oder zu Hause blei-
 ben können: Weil Christliche Potentaten das Capern nur erlauben/
 und nicht befehlen. Pariter ad hanc differentiam respicit in-
 structio Caroli Gustavi ad Gubernatorem Wismariensem d. 9.
 Maji 1659. data, cujus P. S. hæc continet: *Die weil die Kauf-*
far die Leute sich beschweren / daß ihre Reise gar zu ver hinderlich
fället / daß sie allemahl in dem Haven zu Wismar uffgebracht wer-
den. So ist unser gnädigster Wille / daß ihr die denn und wenn
 von unsern Schiffern oder den Capern uffbringende Leute vor
 dem Haven bleiben / alda ihre Certificationes und Waaren visi-
 tiven laisset &c. Ad utramq; excursionem naves adhibentur, quæ
 expediendo negotio opportuna videntur. Plerumq; tamen
 grandiores & viris armisque formidabiles *Orlog - Schiffe /*
Fregaton, &c. prioris speciei propria sunt; posterioris vero leviores
 & parvæ, quæ magis promptæ sunt ad celerem cursum & hostis
 persecutionem, *Fregatten / Brigantin* &c. Unde & præcis piratis
 harum genus magis in usu fuit, quæ dictæ *Lembi, Myoparonæ,*
Hemioliæ, de quarum significatione & forma vid. *Gyraldus*
lib. de Navigiis p. 241. Stypman de Jure marit. P. 3. c. 3. n. 137.
lib. 41. 166. seqq. Hinc quando apud *Florum lib. 4. c. 8. n. 2.*
 legitur: *Sextum Pompejum piratas navales agitate,* Salmastius id
 de navibus & triremibus explicat, quæ in magna classe sunt
 & mare infestum reddunt, cum contra piratæ myoparonibus
 tantum aut lenunculis mare infestent. Huc pertinet, quod
 pirata adductus ad Alexandrium, & ab eo interrogatus, cur
 mare infestaret, Regi respondit: Cur tu, O Rex, Orbem ter-
 rarum? sed quia ego id parva navi facio, pirata vocor: Tu
 vero, qui magnis classibus, diceris Imperator. Augustin, de
Civitate Dei lib. 4. c. 4.

IV. Nos hoc loco non in sensu priori, sed posteriori ex-*Ea quæ sit à*
 cursionem maritimam considerandam habebimus. In cujus *privatis,* à
 originem si inquiramus, probabile videtur, quod à *tem-Teuta Illyri-*
 pore Teuta Regina Illyriorum invaluerit, quæ subditis suis *orum Regina*
 permisit pervagandi Italicum mare, & ibi offensos ut *hostes originem ha-*
 tractandi, absq; illis actam prædam sibi retinendi. *Happel. bet.*

in *Relat. Curios. Tom. 3. P. 2. p. 587.* Nam cum Romani per Legatos suos apud eam super injuriis suis expostulassent, & piraticam in Italos ab Illyriis exercitam in posterum prohiberi desiderassent, teste Polybio *lib. 2. Histor. c. 8.* Teuta illis respondit: *Cura sibi futurum, ne qua Romano populo ab Illyriis publice fiat injuria: ceterum ut impediatur, quo minus privatim quare potest quisq. utilitatem à mari capiat, hoc vero Regibus in more nequaquam esse.* Quamvis vero hoc responsum junior legatorum indignè tulerit, & liberius coram Regina locutus: *At Romanis, O Teuta, mos hic est pulcherrimus, ut privatim factas injurias persequantur, & injuriam passis opem ferant, nosq. DEO volente operam dabimus, ut cupide ac cito regia instituta emendare te cogamus.* Polyb. *d. l. & Grotius de Teutæ instituto lib. 2. c. 21. §. 2. n. 5. in f.* male sentiat in verbis; *Contra Teutæ reginæ Illyriorum non accipitur excusatio, quod diceret, non à se, sed à subditis piraticam exerceri, neq. enim prohibebat, quia injustitia non solum est, si ipse inferas injuriam, sed & si ab iis quibus inferitur, non propulses, cum possis; indicium tamen est, ab illa excursionis maritima hodiernam radices suas habere, quia Reginæ permissione facta, & ea lege, quod Illyrii prædam exactam in suum lucrum convertere possent, quod hodie etiam in nostris excursionibus observari, ex ipsis principum ordinationibus, quibus excursores maritimi instruantur, apparet. Successu temporis vero illæ in meliorem statum redactæ sunt, ut in neminem alium quam publicum hostem vel hostilia molientem fieri possint.*

Vocis Capere
Etymon.

V. Excursio nostra communiter *Capereij* & qui ei dirigen-
 tæ præpositi sunt, *Capet* dicuntur, quod vocabulum à
capere originem suam trahere suspicari licet, æquè ac *Corsaire*
 vox, quæ piratam denotat, à *currere* natales suos mutu-
 at. *Feltmanni Respons. milit. 6. n. 25.* Belgis illa vocatur
Ejus. Syno. Vrye Neeringh, Capen auff die Capfahren hi vero *Caep-Vaeders*
vryma. Vrie Neeringhs Vaeders, alias Commiss. Fabrer, Freijbeuter vel
Armateurs. Hübner im Staats- und Zeitungs-Lexico. d. vocè
Carentia la. Aitzema. Vol. 1. p. 229. Schockius de Imp. mar. c. 27. Sed in la-
 tina lingua. tina civitate vox *Capereij* & *Capet* peculiari nomine non re-
 peritur

peritur donata. Tanta est ejus sermonis inopia, ut indices
 crescente rerum multitudine deficiant propria earum nomina
L. 4. ff. de P. V. Seneca lib. 2. de Benef. c. 34. Inde fit, quod
 multi, qui de hoc negotio latino sermone agunt, Piratæ &
 & Piraticæ nomen retineant. Nam illud quoque Auctores
 bonæ notæ non fugiunt, ut qui in illis versatur, cautione
 opus habeat, ne semper ab illis prolatum piratæ vocabulum
 in malo sensu accipiat *L. 2. §. 3. ff. ad L. Rhod. de Jact. ibique*
Gothofred. lit. i. Tr. Pac. int. Alphons. R. Portugallæ & Ord. sed.
Belg. de Ao. 1662. art. 6. Jus Marit. Hanseat. Tit. 30. art. 12. Camb-
den. Histor. Elisabeth. P. 4. p. 842. Strada Bell. Belg. Decad. 10
lib. 7. p. 431. Quibus tamen delicatior latinitas placet, illos
 insidiatores hostilium navium vocant *Tr. Pac. int. Anglos &*
Algeriens. de Ao. 1662. art. 7. Schock d. l. Prædones maritimos
 publica autoritate instructos. *Hert. Opusc. Tom. I. de Lyro Sect.*
2. §. 16. Armatorias infestationes Tr. marit. int. Carol. XI. R.
Suecia & unit. Provinc. Belg. d. 26. Nov. 1675. art. 14. Tom. IV.
Tr. pac. p. 371. Nobis Excurſionis voce negotium ipsum die *Nobis excur-*
 Capetey investire placuit, quæ in latina civitate nota & non *ſionis & ex-*
 aliena à significatione rei nostræ reperitur. *Nepos in Themis cursorū ter-*
poete c. 6. Cicer. de Divinat. lib. 20. n. 26. à qua, qui istud tra- *mino uti pla-*
 ctant, excursoros, die Capet appellabimus. *Val. Max. lib. 7. c. cuis.*
 §. n. 7. cum venia tamen si forte ob sermonis constructionem
 in ipsa tractatione vocem Piratæ reservaverimus.

VI. Ut sensu evidentiori constet de Excurſione maritima, *Definitio no-*
 eam ita describimus, quod fit: INCURSUS IN HO- *stra Excur-*
 STIUM AUT HIS NECESSARIA ADVEHEN- *ſionis.*
 TIUM NAVES, PUBLICO MARTE PERMIS-
 SIS ILLIS, QUI SUO SUMTU NAVEM EX-
 CURSORIAM BELLII APPARATU INSTRU-
 UNT, EA LEGE, UT HOSTI INCOMMO-
 DENT, ET PRO IMPENSIS SUIS PRÆDAM
 AB EO FACTAM SIBI ACQUIRANT. Genus
 Definitionis hujus cum alio actu militiæ convenit, quod
 fiat excursio nostra in hostem publica autoritate, ejus vero
 diffe-

differentia ab alio incurſu, qui fit à claſſe navali, apparet ex eo, quod illa fiat ex permiſſione Superioris, claſſis vero ex ejus præcepto. Cæterum excuſio noſtra ab excuſione piratarum toto genere differt, quod hæc nullus actus militiæ fit, nec unquam juſta dici poſſit, ſed fiat privato auſu ſine diſcrimine in amicorum & hoſtium naves rapinæ cauſa, & inde ſubjaceat durioribus ſuperiorum penis.

Voluntaria militia ſpecifica ea eſt.

VII. Si totam rem in compendium mittamus, apparet excuſionem noſtram voluntariam quandam militiam eſſe, ſub auſpicio alicujus Belligerantis ſuſceptam. Ei ſimilis eſt voluntaria militia, quam olim Romani ac Græci habuerunt ex focis & civibus, qui curâ privatâ quasdam naves inſtituebant, & eas publico uſui offerebant, Liv. lib. 32. cap. 8. & lib. 36. cap. 4. Et conveniunt noſtri excuſores cum militibus, qui in terreſtri bello ſuoſte motu cum venia Ducis caſtra ſequuntur, & *Voluntars*, item *Freij*. Neuter dici ſolent, qui à militibus ordinariis in eo differunt, quod hi ſuperioris ſtipendio militent, & ſacramento ad certum numerum relati ſint, quique operas quaſcunque militares ex juſſu ducis facere tenentur, ſuiſque ſignis ac numeris tamdiu jugiter inhaerere, donec miſſione facta illis è militia diſcedendi copia fiat. Voluntarii è contrario à legibus militiæ liberi ſunt, & ſaltem in modo excuſionis faciendæ conditioni præſcriptæ parere tenentur.

Debet fieri ſub eo, qui bellum gerere poſſit.

IX. Ut excuſio noſtra legitimè inſtituatur, ante omnia requiritur, ut qui ei operam impendunt, militent ſub eo, cui belli gerendi juſ eſt, qualis eſt, qui ſummum imperium habet. Hæc enim ratio eſt inter pares & ſolo Deo inferiores, quod poſſint, cum alter ab altero laſus fit, & neminem in his terris judicem habeat, ad judicium armorum ladentem provocare. Nam cum Deus unicuique juſ ſuum eſſe voluerit, & ad id protegendum etiam ipſi remedia dederit, non dubitandum ſi non alio quam violento modo juſ meum tueri poſſum, hunc quoque ut legitimum remedium à me adhiberi poſſe, cui expediendo inſtrumenta ſunt Imperantium ſubditi, aut ex vinculo humanitatis alii quicunque homines.

mines. Seckendorf *Discurs. Polit. moral. ad Lucan. Pharsal.* O 24. *multo 214*
 & 201. Zentgrav. in *Summa Jur. Div. Sect. 4. §. 12.* Sed tamen *Et ut id ex*
 quia bellum sœva res est, cumulumque secum trahit cala- *justa causa*
 mitatum & insolentiz, merito id pro fundamento justam *geratur.*
 causam requirit, quæ non alia est, quam injuria illata vel
 nondum facta, imminens tamen & futura, nisi præcavea-
 tur. Ubi illa causa deficit, non bellum geritur, sed latro-
 cinium est, cujus participem se reddere non convenit, nec,
 qui id facit, hostis militantis nomen meretur, sed prædo
 ac latro appellandus est. Curt. *lib. 7. c. 8. n. 19.* Seneca *lib.*
de Benef. c. 13. & Epist. 94.

IX. Idcirco ut cuiq; constet, ob defectum alius humani *Idq; denun-*
 remedii aliquem ad judicium armorum processisse, causas *ciaveris.*
 suas non saltem publicè manifestat, sed & priusquam læden-
 tem invadit, ei bellum denunciat, eumq; certiozem reddit,
 nisi satisfecerit, sibi nihil nisi hostile ab ipso expectandum
 esse. Habet enim hæc denunciatio summam rationem,
 quæ est, ut omnia prius ad lites amicè componendas ten-
 tentur, quam arma apprehendantur. Quare Deus quoque
 Hebræis hanc legem tulit, ut civitatem oppugnandam prius
 ad pacem invitarent, & ea recusata demum obsiderent *Deut.*
XX. 10. seqq. Selden. *de Jure nat. & gent. juxta disciplin. Ebraor.*
lib. 6. c. 13. Eaque sententia semper apud prudentes hæsit,
 & à Gentibus ac populis observata fuit, nam Cicero *1. Offic.*
Nullum bellum justum haberi videtur, nisi nuntiatum, nisi indictum,
& pro rebus repetendis geratur; & apud Romanos tanta con-
 certatio triumphi impediendi Cn. Manlio fuit, quod Gallo
 Gracis non ex Senatus autoritate, non ex populi jussu, non
 rebus repetitis, non denunciatum bellum intulisset P. Herod.
Res. judicat. lib. 10. Tit. 3. cap. 6. adeoque nec hodie sibi su-
 mere belligerantes, quibus ulla sedet religio, ut intermit-
 tant istam denunciationem, exempla prostant Theatr. Eu-
 rop. *Tom. XIII. p. 307. & 360.* ut potius perpetua ingloria
 sese prostituisse intelligantur, qui infami prætextu, quasi ad-
 versarius antehac sufficientem bello causam dederit, & de-
 nunciatione non dignus sit, contrarium faciunt, eoque fur-
 tivas

*Nisi bellum
defensivum
gerat.*

tivas suas invasiones obliniunt. Certum quidem est, quando bellum defensivum suscipitur, ne quidem jus naturæ denunciationem requirere, quia ratio quemque in sui defensionem excitat, cujus illum monere velle, qui mihi bellum intulit, valde absolum foret. *Hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris, & mos gentibus & feris natura ipsa præscripsit, ut omnes semper vim, quacunq; ope possent, à corpore, à capite, à vita sua propulsarent, iterum sapienter monet Cicero pro Milone.* AC vero ut ista in bello offensivo observetur, ex ejusdem juris dictamine patet.

*A denuncia-
tione sit bel-
lum solenne,
eius effe-
ctus, quodi.
denunciatus
habeatur pro
hoste.*

X. Tribuit etiam bello ejus denuntiatio singularem qualitatem, quod per eam id fiat solenne, ex quo planè peculiare effectus præpullulant. Hos inter præcipuè est quod populi, qui bellum gerunt, eorumque rectores hostes appellentur, hostiumque jure fruuntur, cum contra, qui sine indictione ad arma pervenerunt, pro latronibus habeantur, nec ulla ex parte eo jure gaudeant. Hac de re pleni sunt Jcti Romani. Nam ita Pomponius in L. 118. ff. de V. S. *Hostes hi sunt, qui vobis aut quibus nos bellum decrevimus, ceteri prædones ac latrones sunt.* Et Ulpianus in L. 24. ff. de Capti. & Postlim: *Hostes sunt, quibus bellum, publicè Populus Romanus decrevit, vel ipsi Populo Romano, ceteri latronculi vel predones appellantur.* Et ideo qui à latronibus captus est, servus latronum non est, nec postliminium illi necessarium est. *Ab hostibus autem captus (ut puta à Germanis & Paribis) & servus est hostium & postliminii statum recuperat.* Et ita quoque Paulus in L. 19. §. 2. ff. *2. quicumque d. 1. A piratis & latronibus capti liberi permanent.* Deinde post ejus subditi belli denunciationem omnes qui militant, & omnes denuntiosum suum ciantis subditi hostem lædere possunt & in persona & in re lædere & occubus, ut, quo quis plures hostes interemit, aut majus dachidere possint mnum illis intulit, eo majori laude & præmio dignus habebitur. Vid. *Declaratio Belli Statuum sed. Belg. contra Reg. Gall. & Hispan. d. 8. Maji 1702. cr. fra.* Nec, fortè in alieno territorio deprehensus, propterea puniri potest, ut fur aut homicida, nec bellum ipsi ab alio, talis facti nomine inferri, quia in nullo horum ullius injuriæ postulari potest. Quod ipsum etiam

etiam Augustinus agnovit in *c. 13. C. 23. qu. 5.* cujus verba notatu digna sunt: *Miles, inquit, cum obediens possessati, sub qua legitime constitutus est, nulla civitatis sua lege reus est homicidii, imo nisi fecerit, reus est imperii deserti ac contempti. Quod si sua sponte atq. auctoritate fecisset, in crimen effusi sanguinis humani incidisset.* Versa vice, cui bellum indictum est, id etiam omnibus suis subditis indictum censetur, quin & sociis ac fœderatis, qui post indictionem ad partes denunciati accedunt, quia illi cum Principe suo unam personam moralem constituunt, hi vero ut ejus accessorium considerantur. Grot.

III. 3. 9. Hinc omnes hi occidi, eorumq. bona capi possunt ubique locorum in solo proprio, in solo hostili, in solo nullius, in mari & ubi reperiuntur, excepto territorio pacati, propter jus imperium ibi habentis, quod non convenit aliorum hostilitatibus turbari. Grot. *III. 4. 8. n. 2. C. 6. §. 26.*

n. 2. Zouch. *de judic. int. Gent. P. 2. Sect. 9. qu. 8.*

XI. Principe hoc modo ex causa & adhibitis solennitati-*Excursionem* bus justum bellum gerente, prima facie etiam excursio ma-*maritimam* ritima justa erit, quæ omne jus suum ab illo accipit & mu-*facturus in-* tuat, & e contrario ubi Principis arma injusta sunt, etiam *structus esse* justa esse non poterit excursio nostra. Stabiliendæ ejus Ju-*debet facult-* ditæ porro necessarium est, ut facultate excurrendi in ho-*care ab Ad-* res instructus sit, qui navem suam eum in finem præpa-*miralite da-* rat. Istam vero, quia pars belli maritimi est, nemo concedere *ta.*

potest, nisi qui ad ejusmodi bellum gerendum Jus classis mari immittendæ, seu Admiralitatis & Portuum habet. Vide *Danisches Reglement vor die Commis. Fohrer und Frey. Beytzer*

Hafnie d. 5. April. 1710. art. 10. Sed de eo Admiralitatis jure *Quid Admi-* non semper judicari potest ex maris opportunitate & domi-*ralitas &* nio, quod tamen quis habeat, nihilominus contingit, ut *Admiralis.*

ipsi super Admiralitate quandoque lis moveatur, qui hinc aliis rationibus eam adstruere opus habet, quod exemplo *lib. 9. §. 69.* liti à Rege Sveciæ, Electori Brandenburgico 1664. hoc no- mine motæ constat, de quâ vid. *Pufendorf Rer. Brandenburg.*

lib. 9. §. 69. Caterum Admiralitas ex moderno usu confide- rata Perfecturam & Custodiam maris denotat, eaque vox *ad*

ab Arabico *Emir* sive *Amira*, ad Græcos, quibus Ἀμειραλίκον vel Ἀμειραλίας dicitur, pervenit, à quibus deinde ad Latinos præest, quique idem, quod Thalassiarcha est, à quo suæ Præfecturæ nomen Admiralitatis accessit Georg. Codin. *de Offic. Constantinopol. cap. 2. n. 43. & c. 6. n. 46.* Voss. *de viris serm. lib. 2. c. 2.* Cum enim maria, quæ terram alicujus alluunt, ab hujus dominis occupata essent, & vero sæpe accideret, quod vicini aliique populi occupatum mare infestum redderent, aut infalutato domino justo diutius ibi morarentur, ejus custodia armatæ classi videbatur committenda, cujus cura penes certum collegium esset, quod Admiralitatem, & ejus Præfectum Thalassiarcham vel Admirallium dixerunt. Interim ipsa maris custodia primario apud Deo & ensi subjectæ remansit, & vicaria saltem ac ab ipsa dependens potestas in Admirallium fuit translata, quæ magnæ quoque eminentiæ signum exhibet, utpote fiduciarum imperium maris denotans. Unde in regnis mari dominantibus sæpe videmus eam cum proluxa Jurisdictione & magnis honorum titulis tribui, eamque etiam à personis regii sanguinis administrari, quod Anglia docet, ubi sub Carolo II. frater ejus Jacobus Thalassiarcha factus, & paucis retro annis in Georgio Principe Daniæ recens exemplum emicuit, qui à Conjuge Anna Serenissima Regina Magnus Britanniæ Admirallius constitutus, & in ea excellentia obiit. Vid. Selden. *de mari clauso lib. 2. cap. 14. usq. ad 18.* Martin. Schockius *de Imp. mar. cap. 8. & 24.* Choppin. *de Domin. Franciæ lib. 1. tit. 15. §. 11. & 13.* Grot. *Placæt. Beck, lib. 1. tit. 6. Edit. de 1. Decembr. 1690. Proem. & in fo. Muller. Continuat. des Vertouren ten Europæ P. 6. p. 324.*

Qua jura
sint Admi-
ralitati?

XII. Rei nostræ inservit, ut quanta sit vicaria Admiralitatis potestas, paucis expendamus. Pro exemplo ex diplomatum formulâ, quâ præfici solet Archithalassus Angliæ & apud Seldenum *d. Tr. e. 16.* reperitur, hæc notamus: *Et ulterius sciatis, quod Nos gratia nostra speciali ac ex certa scientia*
Amus

damus & concedimus eidem N. Magno Admiralio nostro Angliæ, ac
 Prefecto classium & marium nostrorum predictorum, omnes & omni-
 modas Jurisdictiones, autoritates, libertates, officia, foeda, proficua,
 vadia, emolumenta; wrecca Maris, ejecta, regarda, advantagia,
 commoditates, præminentias & privilegia quacunque eidem officio
 Magni Admirali nostri, Angliæ & Hiberniæ ac aliorum locorum
 & dominiorum predictorum, qualitercung, spectantia & pertinentia.
 In aliis regnis ista potestas inducit omnimodam Jurisdic-
 tionem, vi cujus supremus Admiralus potest Officiales consti-
 tuere, de penis & bonis delinquentium ac hostium disponere.
 Habet ille inspectionem Classium, quæ ejus autoritate instru-
 untur & conservantur, vestigalia quoque mercium suo ar-
 bitrio diriguntur. *Frankenberg im Europ. Herold. Tr. 2. Part. 1.
 P. 54. P. 4. 192. P. 5. p. 261. & Tr. 3. P. 2. p. 560. seq.* Et hæc
 Admiralitas publica dici potest, quæ pro conservatione pacis *Est alia pu-
 blica & alia*
 publicæ, contra piratas & quosvis hostes, proque securitate
 navigantium, autoritate Regis, Principis vel Reipubl. *confi. privata.*
 constituta. Hæcque ipsa justitiæ administrandæ gratia, & ut causæ
 partium per instantias tractari possint, commodè in inferio-
 rem & superiorem dividitur, eorundemque Collegia Admira-
 litatis constitui possunt, quot exigit portuum opportunitas,
 unum tamen illorum supremum est, ad quod à cæteris ap-
 pellatur *Dänisches Reglement d. l. art. 9. Loccen. de jure ma-
 rit. lib. 2. cap. 2. §. 4.* Ab hac publica diversa est *privata* Ad-
 miralitas, quæ nihil aliud est, quam coitio plurium navium
 armatarum, in salutem & defensionem commerciorum pri-
 vata autoritate facta, cujus officium est, ut fideliter sibi in-
 vicem necessitatis tempore adstant, ea navis, quæ vicem Ad-
 mirali sustinet, de imminente periculo reliquas certis ad hoc
 signis constitutis in tempore moneat, & ita illis viam per me-
 dios hostes aperiat. Hujus autem Admiralitatis non est,
 quod possit per codicillos excurrendi potestatem in mari pri-
 vatis concedere. Vid. *Edict. Ordin. suæ Belg. d. 9. Nov. 1603. d.
 22. Jul. 1625. 20. Octobr. 1628. 26. April. 1652. Admiraltit-Ord-
 nung der Stadt Hamburg d. Ao. 1639. Ordinar. Nautic. Civitar.
 Hanseat. tit. 7. ibid.* Curicke.

Quid portus et quod duplex? XIII. Portus, Græcis *Σόμα*, Germanis ein *Haven* / à germanico *Habenen* vel *Habenen* / quod colere significat, quasi portus sit locus cultus, habitatusque respectu maris, quod incultum inhabitatumque est, dicitur angustus meatus inter duo promontoria, per quem navigia ingrediuntur & egrediuntur, tutaque esse possunt à ventis, procellis ac piratis L. 1. §. 13. ff. de Flumin. Carpz. de Regal. c. 3. Regal. 22. Marquard. de iure mercat. L. 3. c. 4. n. 6. Est vel naturalis, quem flumina constituant eo loco, ubi se dejiciunt in mare; vel artificialis, qui fit manu, egesta nempe terra & iuducta aqua, ut sit quasi obex contra ventorum impetus. Rhet. *Differ. Jur. publ.*

Quare proprio aut bellici socii portu opus sit ad excursiones maritimi. de Jure Portuum c. 3. seqq. Portum maris necessarium esse ei, qui vult excursiones maritimas concedere, exindè constat, quod ille tanquam medium ad obtinendum finem requiratur. In omni enim bello loco opus est, in quo milites tuto stare, ex eo commodè hostem invadere, ab eo fugati sese iterum in eum recipere, & in quo de statu belli consilia agitari possunt, qui locus, quando bellum maritimum geritur, portus est. Nam nec per naturam fingi potest alius, in quo possent excussores maritimi navis necessaria supplere, ex eo in hostem ruere, ac in eum cum præda facta recurrere, siquidem hostis portu contra hostem uti velle per absurdum foret, & bello non permixtus sine læsione neutralitatis portum suum ad usum excursionis alterius non concedet; ergo necessarium est, ut proprio portu gaudeat, qui dare vult facultatem excurrendi in hostium naves, aut possit id facere ex portu foderati belli, quo cum ipsi una ejus causa est. Quinam vero populi habeant portus opportunitatem non hujus loci est exponere, videri de illis poterit celeberrimus Becmanus in *Hist. Orb. terrar. Geograph. cap. 3. part. 3.* & Hofmann. in *Lexico Univ. sub voce Portus* & in ejus *continuat. T. 2. p. 586. seqq.*

An ex Neutralis portus liceat in hostem excurre? XIV. Equidem ab exemplis in contrarium moveri possibile, quod quandoque neutralium consensu ex portubus suis alter belligerantium contra alterum hostem suum excursionem maritimas instituerit, ut Portugallorum exemplum contra Belgas ex portu Anglorum sub Carolo II. id docet. At tamen

tamen si de jure quaratur, an fieri possit, id merito negandum est, quia neutralis esse nequit, qui ita uni bellantium assistit, ut alteri hoc ipso noceat, quin potius, dum hoc facit se hostem meum profitetur. Et licet jure fiat, quod militares copix neutralis sint in ministerio hostis contra me, aliud tamen est, si patiatur ille ut ex portu suo excurrant contra me, quia ibi non auspicio neutralis, sed hostis mei agitur, qui eas a neutrali pretio conduxit, aut in usum suum accepit, nec in loco neutrali, sed hostili contra me adhibet; sed hic excursiones ex Jurisdictione portum habentis & loco amici sunt, quod salva amicitia nunquam permitti potest. Hinc & rigidius in tales excursores proceditur, quod capti non jure militari, sed ut piratæ tractentur. Quod in Belgarum quoque fuit consilio, qui classem contra istos Portugallix excursores cum peculiari instructione miserunt Ao. 1661. cujus *art. 30.* de quo Theatr. Europ. Tom. IX. p. 449. agit, ita germanico idiomate redditus se habet: Insonderheit sollen die jenigen Räuber / die Portugessische Bestallung haben / und doch nicht aus den Hafen des Portugessischen Königreichs / sondern aus denen in Frankreich und Engelland ausfahren / weil sie von diesen Königen verbannet sind / als rechte See-Räuber halten / und tractiren in allen Stücken / wie Ihre Hochmögende solches beschloffen. Imò tandem ipsi Belgæ, post tot instantias à Rege Angliæ Ao. 1662. impetrarunt, ut publico edicto prohiberet, ne Portugalorum excursores in portibus suis reciperentur, illis ulla necessaria venderentur, utque multo minus prædam factam vendendi copia daretur Theatr. Europ. Tomo IX. p. 691.

XV. Quando superioribus seculis Polonia cum septentrionalibus Coronis bello implicita fuit, excursores regni illius in portu Gedanensium stationem suam habuissent ex Schüt. *De Gedansium jure circa E. 22.* *zii Histor. Rer. Prussic. lib. XI. fol. 517.* & Curickens Beschreibung der Stadt Danzig lib. 3. cap. 10. cognoscere licet. Inde vero cum ingentia damna in civitatem Gedanensem redundaverint, utpote quæ in libero navigandi exercitio graviter turbata, tandem tempore ipsum regnum ea apprehendit, & Rex Sigismundus Augustus ejusmodi maritimas expeditiones edicto

abolevit, ac in posterum valituro privilegio Gedanum ita recreavit, ut amplius ex portu suo naves armatoriarum nullæ emitterentur, vid. *Privileg. Tract. Portus de A. 1585. in Comitiis apud probato §. Mari si quid.* Hinc quando successu temporis Polonia in contrariam visâ inclinare sententiam, Civitas ad privilegium provocavit, quod ex literis ad Regem Joh. Casimirum à Civitate d. 18. Junii 1657. datis constat, ubi hæc
 „ verba leguntur: Postremo per Privilegium Tractatum Portus
 „ torii discretè cautum est, hujusmodi prædonum & speculato-
 „ torum genus (ita enim nominabantur, qui à Rege Sigis-
 „ mundo Augusto Commissiones habebant) tanquam publico
 „ commodo contrarium, in perpetuum sublatum esse debere &c. Caterum ob Portus commoditatem Gedanum quoque
 contra Crucigeros & Regem Daniæ excursiones maritimas instituisse, & bona direpta ac in portum suum perlata postea publicè distraxisse, prolixè apparet ex Schützio d. *Tro-
 bb. 6. p. 270.*

Sine Superioris mandato nulla excursio iusta.

XVI. Licet itaque sunt tum excursiones nostræ, quando, qui navem suam instruxit, & eam in hostem exercere paratus est, facultatem impetravit ab eo, qui hanc ex hæcenus expositis requisitis dare potest. Ita vero excursoribus mediante speciali mandato concedenda est, sie sollen mit einer richtigen zur dem Ende ertheilten Commission versehen sein. *Edict. Ord. Fæd. Belg. Op her such van de Commissie Vaert d. 28. Julii 1705. art. 1. & 2. Ordinatio Daniæ. Vor die Commiss. Fabret. d. 5. April. 1710. art. 1. Theatr. Europ. Tom. VIII. ad A. 1659. p. 221. seq.* Quamvis enim indicto bello jam omnibus subditis datum sit, quod possint in hostes civitatis incurrere *supra §. 11.* quia tamen hic peculiariter considerandum venit, quod militare volentes id suo sumtu faciant, & in prædam acquirendam hac occasione sibi prospiciant; quia quoque cavendum est, ne petulantia hominum fenestra aperiat, & qui libet occasione indicti belli ad inquietandum mare aut navigantes promiscuè infestandos proficiat, speciale mandatum requiritur, ne fines præscriptos excursionem facturus transgrediat. *Grot. III. 18. n. 4. & §. 2. n. 1.* Et hoc mandatum omnis negotii

negotii formam absolvit, quæ adeo accuratè observanda est, ut contra facientes Stellionatus crimen incurrant, cujus nomine coram superiore postulari, & statutis pœnis, de quibus infra agetur, affici possint.

XVII. Pendet vero à cujuscunque Superioris arbitrio, quam formam mandati vel commissionis excursoribus suis præscribere velit, eamque regulariter pro præsentis belli & regni sui statu adornat, adeoque vel restringit vel ampliat. Hinc in universum non ad easdem regulas commissiones fiunt. Vid. *Instructie en Articulen Waer na de Capiteynen &c. met Commissie van retorsie uytwarende hun sullen hebben te reguleren. Haga Comit. d. 28. Jul. 1705. Reglement van de Kruysers. Apud Aitzem. Saaken van Staet en Orlogh. Edit. in fol. P. 2. L. 23. p. 919. & sepe cit. Ord. Dan. von Commis. Fabvern. Communiter tamen quælibet hæc capita continet, quod prohibeantur excursores, si ne alio quam Principis sui aut fœderati portu utantur, si non contra voluntatem maris vehementia in alium impulsus, ex quo tamen vento mutato illico abire obligati sunt. *Ordin. Dan. art. 8. Edit. Ord. Belg. d. 9. Aug. & 7. Nov. 1658. II. ne aliorum quam hostium, aut horum qui se pro hostibus gerunt, navibus insidientur, aut ne quidem hostium, quando ab invasione exemptæ sunt. Tr. Marin. int. Ludov. XIV. R. Gall. & Civit. Hansæat. d. 40. 1655. art. 2. in f. art. 3. & 7. Tr. Pac. int. sed. Belg. & Tunet. 1662. art. 13. Tr. Commerc. Navig. & rer. marit. int. R. Gall. & Fœd. Belg. d. 10. Aug. 1678. art. 35. Placæet Ord. sed. Belg. d. 1705. art. 11. 12. 13. III. ne si in loca remota navigaverint ultra annum, vel in propinqua ultra duos menses, absint, sed ut elapso tempore redeant escutorum comparandorum gratia, & ut actionum suarum suis exercitoribus & imprimis superiori maris domino rationem reddant. Edit. Ord. sed. Belg. d. 9. Aug. 1624. IV. jubeantur, ut captas res in victa nave clausas relinquant, easque ita in assignato portu Admiralitati aut alii judici delegato exhibeant, & ab ejus sententia expectent, an pro prada habende sint vel non. d. Tr. Marin. art. 4. & 5. d. Edit. d. 9. Aug. 1658. d. Ord. Danic. art. 7. V. ut exercitores navium mox in**

*Præcipua
Mandati bu-
jus capita.*

principio impetratæ commissionis coram Collegio Admiralitatis idoneis fidejussoribus in summam 10000. alicubi etiam 30000. & plurium florenorum caveant, de non nocendis amicis, nave sua armata hosti non vendenda, aut alio damno à suis Capitaneis, nautis aut aliis contra legem præpositionis non inferendo, vel eo illato resarciendo. d. Tr. *Marino art. 8. d. Edict. d. 1705. art. 3. Edict. Ord. Belg. d. 10. April. 1622 & Extrac. aus dem Register der Resolut. d. 22. Octobr. 1628. Plaacet Boeck V. 2. p. 1297. d. Instruct. en Articul. vor de Capiteyn &c. art. 48. Tr. Marin. ins. Carol. II. R. Angl. & Unit. Belg. d. 1674. art. 10.*

Finis instituta E. M.

XIIX. Finis institutæ excursionis maritimæ tam publicum quam privatum commodum respicit. Republicæ ex ea hoc commodum oritur, quod pro illa sine suo sumtu privati militent, & interceptione mercium hostilium vires hostium adeo instabiles efficiant, ut deinde facilior sit juris ejus persecutio. Fam. *Strada de Bello Belgic. Decad. I. lib. 7. p. 430. seq. Marquard. de jure mercat. l. 2. c. 4. n. 40. vid. Deduct. Danica in cause Carlesti contra Svecos. in Theatr. Europ. Tom. VIII. ad A. 1659. p. 1209.* Nam quanta damna per hos excursores durante bello hostibus sæpe illata fuerint, pluribus exemplis doceri posset, & satis erit hoc loco ex multis videre ea, quæ habentur apud *Aitzemam d. Tr. P. 6 l. 47. p. 130. & in Theatr. Europ. Tom. I. ad A. 1625. p. 878. Tom. III. ad A. 1636. p. 727. & ad A. 1637. p. 764. Tom. XI. ad A. 1677. p. 1275.* Privatum commodum ipsorum excursorum est, qui prædam vel integram vel pro parte acquirunt in compensationem susceptorum onerum. Spe enim hujus lucri excitantur contra hostem, ut alacri animo cum eo manus conferant, & hac cote ipsa Respublica pugnacius armata salutem suam eo facilius expediat.

Ανεκφελασις quædam cum ratione quæ justitia E. M. vincitur.

XIX. Ex his quæ hæcenus pluribus tractavimus de qualitate E. M. judicet jam aliquis, num contra justitiæ regulas militent, & ut detestabile ac exitiosum quoddam vitæ genus reprehendi possint. Constat autem de illis, quod publica autoritate permittantur ab his, qui jus belligerandi habent, & pium bellum gerunt, sub cautione, ne privati, qui ad

ad illas suis sumtibus ministerium suum exhibent, ulli innocenti noceant, & ut illis pro vitæ ac bonorum suorum periculo, quod ex amore erga Rempublicam suscipiunt, prædæ lucrum fiat. Nobis proinde non minus eas justas, ac ipsum bellum esse, persuasum est. Cum vero bellum, quod geritur juris nostri conservandi aut recuperandi gratia, ab ipso Deo velut unicum ad hoc medium homini concessum permittumque sit, ne ipsi frustra aliquin jus datum videatur, quod contra impiorum injuriam non posset defendere; cumque idem semper à sanioribus gentibus admissum, approbatumque sit, juxta id quod apud Livium *lib. 38.* habetur: *Qui jus æquum pati non possit, in eum vim hanc injustam esse gentes censent, & quod Belisarius apud Procopium de Bello Persic. lib. 2. p. 170. fatetur: Alii si quid à proximis contendunt, legatos ad eos mittunt, ubi vero ad æquum non venit, bellum eis postremo inferunt* sanè non apparet, quo pacto excursio maritima adeo improbari, & ut actio injustitiæ exclamari possit, quandoquidem illa nihil aliud quam adminiculum est expediendi bellii & promovendæ victoriæ, quæ planè opus ad recuperationem juris ab altero violatæ, vid. *Ærod. Rer. judicat. lib. 10. tit. 3. cap. 11.* Et ne in hoc ipso modo vitium aliquod latitet, idem tanta sollicitudine à belligerantibus circumscriptus est, ut, quamvis alioquin ille, qui mihi injuriam intulit, modum instituendæ meæ defensionis mihi præscribere nequeat, sed & si quid asperioris à me experiatur, id belli rigori tribuere debeat, illi tamen velint jus suum mansuetudine ita temperare & cavere, ne quid rationis taxandi & infamandi victoriam suam inveniat. *Puf. de J. N. & G. lib. 8. c. 6. §. 7. Zentgrav. de Orig. Verit. & Oblig. Jur. Gent. Art. 1. §. 61. & 162.*

XX. Igitur ne tanti momenti argumentum erit, quo, *I. Objectio à* quod non lecti & conscripti milites, sed voluntarii excursio-*voluntaria* nem nostram expediant, ea inter verita refertur, quasi of-*militia cum* ficiam horum à nemine petita sit, sed ad augendas cala-*ejus resolu-* mitates bello miserorum inventum, quodque Cato Censor in *ratione.* filio suo improbavit, quem post dimissam legionem, in quâ militaverat, nec in exercitu manere, nec cum hoste pugnare posse

posse censuit, sed opus esse ei, ut de novo sacramento militiæ sese obliget. Cicer. 1. *Offic. 11.* Verum nihil hic est, quo possit in genere voluntaria militia improbari, nedum excursio nostra. Habet illa multa commoda, ob quæ & commendari & militiæ mercenariæ præferri potest, dum militem ex civitate fidum, ad rem & disciplinam militarem compositum, ac sine imperantis onere se sustentantem exhibet; in mercenaria miles non aliter, quam ex lucro stipendii militat, vitam & animam cumque utraque fidem venalem habet, & inde parum sua referre existimat, an salva sit Respubl. an detrimentum capiat. Lex cæterum, quæ mercenarios curæ Imperatoris devovet, etiam voluntarios sub ejus inspectione detinet, nec illis lascivire aut pro arbitrio agere permittit, quia ex mandato illo generali, quo tempore denunciati belli, omnes denunciatis subditi ad arma evocantur, & ita ex ejus præscripto causam non suam sed alienam, & quidem publicam agere tenentur. Quod in excursoribus nostris tanto certius est, quibus superiores planè specialem normam præscribunt, qui proinde non aliter, quam secundum eam agere se posse sentiunt. Hinc miseria, quæ bello inquietatis ab illis infertur, non alia est, quam hostile commercium progignere solet, nec durior, quam cujus causa miles mercenarius esset. Quod autem Cato censuit, non ex jure, sed disciplina Romana evenit, quæ stricta fuit, & sæpe non sanguinis respectum habuit, ut Manliana imperia hujus rei argumentum perhibent. Liv. lib. 8. c. 7. Frantin. lib. 4. *Stratagemato.*

Co. 1. & 2.

II. Objectio XXI. Ideo quoque, quod ob præmeditatam prædam ex-
à lucri qua- cursores nostri militiam maritimam eligunt, & ex calamitate
rendi studio, aliena ac temporum infelicitate lucrum inhiant, ea non videtur probanda. De his enim, qui ex hac causa militant, Grotius non valdè magnificè sentit, quando II. 25. p. ait: *Nul- lum vita genus improbius, quam eorum, qui sine cause respectu mercede conducti militant, & quibus ibi fas ubi plurima merces, qui præter id, quod vendant suam necem, etiam aliorum sæpe innocentium vendunt, tanto carnificè detestabiliores, quanto pejus est sine*

sine causa, quam ex causa occidere. Et Martinus Schockius de Imperio mar. c. 23. pro vero ponit: non esse bellum gerendum, propter prædam solam, nec illud esse convertendum in excidium privatorum. Hinc dubitat, Deo hanc piraticam placere posse, magisq; rei communi consuli existimat, si flos juventutis nauticæ, quæ ob speratam prædam privatis illis exercitoribus operam suam addicere solet, per classem Reip. distribuatur, atq; in communem hostem ducatur. Nec ab hac mente alienus est Loccenius, qui de jure maritim. lib. 2. cap. 3. §. 5. colluviem pessimorum hominum nostros piratas vocat, quibus adversus hostes uti injustum putat, eo quod licentiam spoliandi nacti, non amicis aut aliis, à quibus vel ipsi vel eorum patroni nunquam læsi sunt, parcant. Pertinet etiam huc, quod Zieglerus de jure majest. L. 1. c. 33. §. 71. in genere contra militiam mercedis causa electam commentatus est. Ita enim ille: Non solum propter prædam militare peccatum est, sed etiam propter stipendium, si id unice & præcipue spectetur. Et nihilominus plurimi hodie spartam suam defendunt, ex eo solo, quod non sine stipendio militent. Imo vero multi alii vel eo tantum nomine militiam eligunt, ut sibi liceat esse nequioribus. Hinc igitur, ubi primum strepit tympanum, concurrunt undique, maximi mulierum mæchi, laborem fugientes, purgamenta urbium suarum, & nomina sua in militiam profertur, non tam hostibus quam hospitibus & rusticorum galinis metuendi, quos profecto satius esset eo ablegare, ubi curari possit, ne quid deterius iis sit, quam quibus pessime est. Et cerèd periculum est, ne propter sceleratos istiusmodi milites tota causa intervertatur, & qua sperari poterat victoria, hosti cedat, cum non facere soleat Numen divinum cum exercitu variis criminibus contaminato. Et procul dubio ex his causis aliquando Venetis consilium datum est, ut abolerent ejusmodi insidiatorias naves, & sumtus in publicum verterent. Quamquam etiam à contraria parte ostensum fuit, acturum esse melius Senatam, si illas adhuc permittat privatis, quandoquidem & illi publica autoritate militent. Obrecht. ad Groi. III. 18. 2.

*Responſo ad
iſtam.*

XXII. Verum quicquid tandem horum ſit, omne argumentorum pondus eſt, quod damnetur militia, quam mero lucro allecti ſectantur, ſine reſpectu ad cauſe merita, quibus nihil injuſtum, quo largiores proventus capere, & quo omnium bona devorare poſſunt, quique non raro innocen- tium cæde graſſantur in aliorum fortunas, & planè non abhorrent diabolo pro pecunia militare. At hanc militiam quis eſt, qui approbet? quis eam non potius omnibus viribus ex- cretur & fugiat, utpote talem, in qua continuo miles animum habet ad delinquendum & exercendam nequitiam. Molina de Juſt. & Jure Tom. 1. Tr. 2. Diſp. 114. p. 453. Layman Theol. Moral. lib. 2. Tr. 3. c. 12. S. 8. Abſit vero, ut noſtra militia talis ſit, quæ præſupponit Principem juſtum bellum ge- rentem, & ad cujus præſcriptum in hoſtes excuſio faciendæ, quique ſpe prædæ, quæ ſua jure belli redditur, excuſores non deteriores reddere, ſed eos contra hoſtem animare in- tendit. Hujus datio vero uti facta ex hac cauſa neutiſquam vitium continet, ita acceptio excuſorum pro impenſis & mi- litari opera mala eſſe nequit.

CAPUT III.

De Jure Excuroſorum quoad Statum Civitatis ſuæ.

I.

*Ordo dicen-
dorum.*



Conſideravimus præcedenti capite Jus excuſionis maritimæ ut attributum actionis & operis, ſeu quatenus ea in ſe juſta eſt, nunc in quali- tate morali, quæ perſonæ competit ad aliquid ju- ſtè habendum vel agendum id conſideraturi ſu- mus. Ratio autem ipſa nobis ſuppeditat ordinem, ut hoc capite excuſores ex jure ſuæ civitatis dupliciter inſpiciamus, vel in genere ut cives, vel ut milites ejusdem in ſpecie.

*Excuroſes
ut cives ſuæ
civitatis con-
ſide-* II. Ut cives conſiderati, nihil non juris habere poſſunt, quod aliis civibus competit, nam nulla ratio ſvadet, quare non eadem juris fruitione dignentur, ut potius, quia plus curæ

curæ suæ civitatis quam alii cives habent, ad juris commu-
 nis participationem admittendi sint. Hinc apud Belgas ex-
 cursoribus jus tractandi commercia adeo datum est, ut, pro
 faburra stabiliendæ navi alias imponenda, mercibus alibi
 vendendis navem suam onerare, & tamen jura excursionis
 maritimæ retinere possint. Ita enim in *Edicti Hagæ Comit. de*
A. 1705. d. 28. Julii art. 8. legitur: Boven dit alles wardt tot „
 elucidatie van het sevende articul van het voorz Placaet, „
 en tot des te mees encouragement van de Commissie Vaer- „
 ders deser Landen, gedeclareret, dat foodanige Schepen, „
 de welcke principalyk ter Kapzyn uytgeruſt, alſchon eenige „
 goederen moochten in hebben voor Ballast, en deselve „
 boytens Landts moghten verkopen echter niet sullen ge- „
 considerert werden als Koopvaerdy Schepen, maer als „
 Commissie-Vaerders, en de præmien hier vooren gestelt, „
 ten vollen sullen genieten. „ Et quamvis Jure Romano
 quidam excipiantur contractus, quos arma tractantes cele-
 brare prohibentur, velut emptio & locatio prædiorum tam
 urbanorum quam rusticorum *L. 31. C. de Locat. & Conduct. L.*
fin. C. eod. L. 9. & 13. ff. L. 15. C. de re milit. fidejussio d. L. 31.
 & alii, ne præsumptione cinguli militaris milites vicinis gra-
 ves existant, & armorum rigorem non in hostes, sed mise-
 ros provinciarum colonos convertant; hodie tamen hæc mu-
 tata sunt, & nostri milites agros colere, fidejubere ac alia
 civilia negotia tractare possunt, quia Juris Gentium contra-
 ctus sunt, à quo excludere milites non convenit. Imo ho-
 die domi arma habere plerisque civibus injunctum, nemini
 prohibitum est, qualecunque tandem periculum vis publicæ
 ab armis metui potest, in militibus tamen non peculiare est.
Grönweg de Legib. abrog. ad d. L. 31. Cyprian. Regner. in Censura
Belg. ad d. L. Francus de Fidejuss. c. 2. n. 217.

III. Ad militiam relati excussores à nave exercenda & Anave exer-
 diverso inde obveniente effectu dupliciter considerandi ve-
 niunt. Alii sunt, qui facultatem ad excurrendum impe-
 trant, & sumptibus suis navem hunc in finem instruunt, qui exercitores,
 Exercitores dicuntur, quorum navis cum omnibus, quæ in Exercitores seu
 ea Ca.

Capitaneos ea sunt, pleno jure est, & ad quos obventiones & lucra
as *Officiales*, prædæ principaliter pertinent, zquæ ac in nave obtinet, quam
Inde *quoad* quis mercaturæ causa exercet *L. 1. §. 15. ff. de Exerc. ad.* Alii
cos *nascitur* sunt agentes, quibus navis cura commissa, ut eam actu exer-
exercitoria ceant & in hostem dirigant, ut sine proposito portiantur, qui ut
obligatio. aliarum navium magistri hic considerandi veniunt *d. L. 1. §. 1.*

Notum est hoc discrimen etiam in ipsis Ordinationibus belli-
 cis, quibus excursores nostri instruuntur, in quibus illi com-
 munitè appellantur *die Rhedere* vel *Schiff-Freunde*; hi vero
die Capitaines / *Officierer* / vel in specie *die Capen* / & qui illorum
 mandato subiecti, *das Kriegs-Bolk* vel *die Matrosen* / *Edict.*
Ord. fed. Belg. d. 24. Febr. 1626. & Extradi. ex Registro Resoluto
d. 20. Octobr. 1627. quos inter etiam Gubernator qui puppim
 & Proreta qui proram regit, aliq; remiges, mesonautæ, &
 qui his similes. Ex harum personarum negotio, quod tra-
 ctant, exercitoria quædam obligatio nascitur, qua Exerci-
 tores navium illis tenentur, qui à suis ministris læsi sunt
d. L. 1. §. 2. L. 7. pr. ff. Naut. Caup. Strabul. §. ult. 7. de Oblig.
que quasi ex delict. & hi vicissim Exercitoribus suis obligati sunt,
de omni damno illicite illato resarciendo. Arg. d. L. 1. §. 2. L.
5. ff. eod. Ordin. nautic. Hanseat. Tit. 2. §. 3.

A juris Ex-
ercitii diffe-
rentia de ha-
bilitate ex-
cursorum ju-
dicandum.

IV. Æque vero hic ut in alio juris negotio duo hæc, Jus
 & Exercitium, probè discernenda sunt, & Jus dicendum,
 quod in legitima facultate & morali potestate agendi confi-
 stit, ac vulgo actus primus vel potentia appellatur, per exer-
 citium juris vero intelligenda ipsa actualis administratio, quæ
 actus secundus sive potentia in actum deducta dici solet. Ita
 vero hæc differentia comparata est, ut sæpe jus penes unum
 sit, penes alium exercitium, velut in pupillo & furioso re-
 rum suarum dominis exemplum apparet, ubi penes eos est
 Jus domini, penes tutores vero & curatores juris illius ad-
 ministratio. Subservit nobis hæc differentia ad aliquod fun-
 damentum constituendum de personarum habilitate, ex qua
 quoad Jus omnes ad excursionem maritimam admittendos
 censemus, qui fide erga rempublicam noti sunt, & sumptibus
 valent ad instruendam navem, & eam viris, armis, com-
 meatu

meatu ac aliis necessariis conservare possunt; quoad exercitium vero illos, qui militiæ navalis gnari & ad eam tractandam idonei sunt ob corporis & animi vigorem, natalium ac vitæ honestatem, vid. Petr. Ærod. *Rev. judic. lib. 10. tit. 4.* Burger. *Observ. Milit. Polit. Cent. 1. O. 39.*

V. Non sunt igitur, qui ad jus excursiōis maritimæ admittuntur, homines ex purgamenti civitatis aut validi mendicantes, sed cives ac incolæ in civitate perspecti, qui fide & bonis suis ad juvandam Rempublicam accurrunt, nec semper singuli tantum, sed quandoque plures ad unam navem instruendam coeunt. Neque tantum opulentissimis id jus concedi solet, sed & personis mediocri fortunæ, qui facultates suas forti committere volunt. Quare in Belgio frequenter accidit, quod ob collatam pecuniam famuli & ancillæ de nave excursoria participant, id quod exemplum Ostendanoꝝ ab anno 1668. docet, ubi spe lucri per excursores suos à Gallorum navibus onerariis facti, indies plures, qui modo aliqua bonorum facultate gavisi, inventi fuerunt, qui collatione sumtuum novas excursorias naves contra Gallos paraverunt. *Theatr. Europ. Tom. X. p. 868.* Quod quisque autem in navem contulit, certo instrumento consignari solet, ut de cujusque rata constet, pro qua & prada dividitur, & navis reverſa annona necessaria reficitur.

VI. Ex his an fœminæ excursiōis maritimæ capaces sint, non amplius difficile est decidere. Id enim quoad actum secundum negandum est, ob sexus infirmitatem, quia fœminæ calamitatum, quæ militiam comitantur, impatientes sunt, & magis ad colum tractandum aptæ, quam stationem militarem obeundam, ut nec exempla Amazonum, Semiramidis, Tomyris, Justin. *lib. 1. c. 8. & lib. 2. c. 4.* Diodor. *Sicul. histor. lib. 3.* aut aliarum heroicarum fœminarum in contrarium valeant, quia talia exempla ad regulam formandam non sufficiunt. Quoad jus autem & facultatem moralem non est cur ab excursiōe nostra excludantur, quia nihil in hoc jure ab aliis juribus, quorum habiles habentur fœminæ, diversum apparet, & quæstus gratia ad exercendam navem fœminæ jure

Jus excursorum unus vel plures, fide & bonis conspicui, in una nave habere possunt.

Et ejus quoque capaces sunt fœminæ.

Romano admittuntur *L. 1. S. 16. ff. de Exerc. act. L. 4. C. eod.* Cumq̄ hic principalis obligatio, quæ ex accepto mandato contrahitur, in femina radicata sit, corrunt obstacula, quæ alioquin fœminas excludunt à nonnullorum jurium participatione. Vid. *L. 4. S. 1. L. 11. 22. 32. pr. ff. ad SCt. Vellej.*

*Ab eo removen-
tur sub-
diti apud ex-
traneum ex-
cursionem
proficere vo-
lentes.*

VII. Facile autem constat, de genere permissorum dici posse excursionis maritimæ facultatem, & ab ea neminem excludendum esse, nisi quis possit peculiari ratione prohiberi. Prohibendi hujus causa in subditis apparet, qui extraneis militare, & ab illis in hostes suos excurrendi facultatem impetrare volunt. Nam adeo quosdam lucri cupiditas tenet, ut extranei militiam non defugiant. Alios, qui non aliter quam ex bello se suosq̄ alere norunt, ad id impellit necessitas, ut hujus nomine jam Tacitus de Germanis conquestus sit, eosq̄e *de Moribus German.* his verbis perstrinxerit: *Si civitas, in qua orti sunt, longa pace & otio torpente, pleriq̄ nobilium adolescentium petunt ulro eas nationes, qua unquam aliquod bellum gerunt, quia & ingrata genti quies, & facilius inter ancipitia clarescunt.* At cum horum excessu non parum lædatur propria civitas, quæ milite domestico denudatur, ut ingruente bello sibi amplius fidere nequeat manus cum hoste conferere, Principes justissima causa moventur, quando militiam extranei Principis subditis suis prohibent, aut eos jam actu militantes, sub pœna confiscationis bonorum aut alia graviori, ubi non paruerint, mandatis avocatoris domum revocant. Vid. *Recess. Imp. de Anno 15 29. S. Und damit an solchen &c. Ordin. Camer. Part. 2. Tit. 96. S. Und ob sich &c. Edict. Caroli II. Reg. Angl. d. 29. Maji 1675. ap. Müller. Continuat. des droitviten Europâ. P. 7. p. 607. Zypæus in Noit. Jur. Belg. lib. 12. Tit. de re milit. S. Summa imperii p. 273. & Tir. de Classis pr.* Parere enim eos mandatis his teneri, tum summa Ordinatio exigit, cui resistere non licet *Rom. 13.* tum erga Patriam vinculum, in cujus usum civis omnia sua ponere & quasi consecrare debet. *Ahasv. Fritsch. de Milit. Peccant. Concl. 6. & 7.* ut quicquid contra eam agitur, injustum sit, & nullum juris consensum habeat. Atque his ex causis subditis federati

Fœderati Belgii Lex posita est, ne sub extraneo Principe vel Republica excursiones maritimas agant, nisi à suo magistratu licentiam impetraverint. *Edict. Ord. fœd. Belg. d. 12. Maji, 1611. & d. 27. Julij 1627. d. 26. April. 1653. Placaet Boeck Vol. 1. lib. 2. tit. 14. p. 968. & Vol. 2. lib. 4. tit. 13. p. 312. seq.*

VIII. Quod dictum, in genere accipi potest de militia subditorum apud extraneum ideo vetita, ne civitas à suis incolis exhauriatur. Caret ista prohibitio omni dubio, si illi apud extraneum contra patriam nondum mutatam excursiones profiteantur, quia hoc modo securitatem ejus labefactant, quam sanguine suo conservare obligabantur, ut à crimine perduellionis non alieni sint *L. 1. ff. ad L. Jul. maj. eoque evidentiùs prohibitum actum agant. Quare contra talia molientes, quando deprehensi, pena capitis statuta est, contra absentes vero pœna banni* *Edict. Ord. Belg. d. 23. Julij 1674. d. 8. Octobr. 1680. vid. Groot Placaet Boeck Vol. 3. lib. 1. Tit. 7. p. 238. & 243. & Vol. 4. Tit. 7. ad A. 1689. d. 8. April.* *Et multo magis si contra patriam hanc expeditionem suscipiant.*
 Quid? quod cum subditis excursiones contra patriam ex dicta causa prohibita, etiam belligeranti Principi non integrum erit, eos ad tales adhibere, quia peccato non caret, qui alteri ad peccandum causam suppeditat. Et utut hosti incommodare illi qui bellum gerit, licitum sit, non tamen eo modo id facere licitum erit, nihil namque interest utrum ipse scelus admittas, an alium propter te admittere velis. *Grot. III. l. 21.*

IX. Causa quoque esse potest, ex qua non tam ob quam aliena civitatis commodum subditi ab excursio- *Quando subditi prohibe-*
 extranei prohibeantur, quando vel pacto inter duos popu- *ri possunt, ne*
 los conventum, ne alter alterius hosti adhsit, vel post pa- *extraneo con-*
 cem subditi alicujus contra eum, cum quo pax inita, alii *tra amicum*
 bellum gerenti militant. Priori enim casu pacti vinculum *milient.*
 obligat, ut servetur promissum etiam in subditis suis; po-
 steriori pro ruptura pacis est, si subditi à tali ministerio non
 avocentur. *Tre Marin. int. Carolum II. R. Angl. & fœd. Belg. d. 10. Decembr. 1674. Grot. III. 20. 31.* Fuit igitur hoc fundamen-
 tum, ex quo magno animo Legati Belgarum à Rege Angliæ

glia & ejus Commissariis Anno 1661. & sequenti contenderunt, ut suis subditis prohiberet, ne à Portugallis contra Belgas excurrendi facultatem sumerent, neve ulli illorum in portibus suis cum navibus captis stationem, aut illas ibi vendendi veniam concederet, sed potius juberet, ut Belgis bona erepta cum navibus suis restituerent. Quod desiderium Rex, quia pacto ad id se adstrictum noverat, & Belgæ ex eodem quoque suis subditis prohibuerant, ne paria contra Anglos tentarent, ratum habuit, & tam istam prædandi quam prædæ factæ vendendi licentiam subditis suis interdixit, cujus rei acta pluribus exhibentur & videri possunt in Theatr. Europ. Tom. IX. p. 422, 660. 675. 678. 691. Parem causam Legatus Gallicus præterdit, qui Ao. 1667. Hagæ comitum questus, quod quidam Flissingani ab Ostendanis in naves gallicas excurrendi licentiam impetraverant, cui malo remedium adhibere à Statibus Belgii desideravit, & obtinuit quodq; ac Status ne tale quid in posterum subditi sui auderent, gravi Edicto caverunt. Vid. *Memoir. du Comte d. Estrades. d. 6. Martii 1665. Vol. 2. d. 25. Nov. 1667. Vol. 5. p. 121. 126. 137.*

Quo jure armorum & militum usum excursores habeant.

X. Caterum quando facultas excursionses maritimas faciendi alicui data est, in eum omnia collata intelliguntur, quæ ad plenum usum earum necessaria sunt, adeoque & quæ pro armis tractandis requiruntur. De majorum tamen armorum utpote tormentorum usu, pariter & de jure conscribendi milites dubitari potest, num jure horum excursores gaudeant, quia in civitate nemini, nisi supremam potestatem habenti Jus armorum & militum competit, *L. 3. ff. ad L. Jul. Majest. L. un. C. ut armor. us. infc. Princ. lib. 11. Tabor. Armament. Justin. c. 3. Myler ab Ehrenbach. de Statu Imp. Part. 2. c. 79.* Verum facilis est responsio, si in hoc jure nihil mutatum, sed ejus exercitium voluntate Principis in privatum tanquam necessarium medium collatum esse dicamus, sine quo actus expediri non potest, quem Princeps expeditum volebat, cujus istud exercitium consequens est *arg. L. 2. ff. de Jurisd. L. 17. C. de re milit.* Si enim impetrari potest, ut ad supplendum cohortium suarum numerum privatus conscribere possit milites,

lites, quod quotidie fieri videmus, wenn einem Werbung
 Patente gegeben werden! par ratio est, ut id quoque liceat in
 nostro casu, nam finis contemplatione mediorum pro men-
 sura est moraliter. Ut autem eapropter melior ordo sit, sta-
 tutis passim definitum reperitur, quid hac in re ab excursio-
 ribus observandum sit. In Belgio enim pro numero tormen-
 torum ab Admiralitate numerus militum definiri solet, ut ad
 quodlibet tormentum quinq; aut sex milites constituentur.
 Aitzema van Staat en Orlogk P. 5. l. 45. p. 423. Edit. in fol. Pari-
 ter ibi ratione militum statutum, ne Capitaneus prius navem
 suam vento committat, quam milites suos lustrationi magi-
 stratus exhibuerit, neve peritissimos rei nauticæ, aut ultra
 numerum permisum, plures in suum ministerium recipiat,
 sub pœna amissionis prædæ aut partis suæ in navi. Sic &
 si ante tempus, in quod conducti milites, præsas seu prædas
 in portum perduxerint, illi officia sua deserere, vicissim au-
 tem ultra conventum tempus inviti à Capitaneo detineri ne-
 queunt, sub pœna arbitraria ab exercitoribus exigenda, salvo
 eorum regressu contra Capitaneum. Vid. *Instructie en Articulen Waer na de Capiteynen, Officieren &c. met Commissie van retorsie 1717 varende hun sullen hebben te reguleren. Haga Comit. d. 28. Julii 1705. Aitzema d. l. Part. XI. p. 934. edit. in 4to.* Apud Algerien-
 ses receptum est, quod exercitores ex nave sua in littore stante velo expanso signum dent, eoque homines ad excursionem faciendam invitent, qui quoque magno numero ad eam cum delectu confluunt. Ex illis maximè idoneos sibi eligunt, reliquos remittunt, & quando numerus electorum completus est, vela ventis dare solent. Happel.

Relat. Curios. Tomo 3. part. 2. p. 591.

XI. Ab ea mediorum necessitate pendet quoque Jurisdic- *Et quo juris-*
 tionis exercitium ad punienda delicta in navi commissa *dictionem?*
 Distingui tamen solet inter levia & gravia delicta, ut saltem
 ad illa vindicanda Capitaneo Jurisdictione concedatur, ex qua
 multam, carcerem, verbera contra delinquentes dictare pot-
 est, multam autem dividere inter delatorem, inquisitorem &
 Republicam. d. *Instructio art. 44. & 46.* Gravia delicta, quæ
 mortis

mortis supplicium merentur, Jurisdictioni Admiralitatis reservata sunt, à qua vel ipsa inquisitio instituitur, vel ea certis in causa criminali exercitatis viris delegatur, qui pro gravitate delicti juxta jus militare delinquentem missione ignominiosa vel summo supplicio puniunt. Vid. Theatr. Europ. Tom. IX. p. 452. infra cap. 6. §. 9. seqq.

Navem su- XII. Præter hæc adhuc ad alia sese facultas excursorum
am Lectore extendit. Ita de Anglis memorat Happel. d. l. p. 607. quod
Bibliorum et Capitanei excursoriæ navis in eam plerumque Lectorem re-
Notario in- cipiant, qui reliquis personis sacram Scripturam prælegit, &
bruunt. preces ad Deum fundit, ut pingui præda navi benedicat.
Apud Belgas cautum est, ut juratum Notarium quisque Cap-
pitaneus adhibeat, qui capta bona accuratè annotet, eaq̃
jurato instrumento exhibeat, secus faciens, ut perjurus puniatur. d. Instr. Ho. art. 31. & 33. Simul in dicta Ordinatione
artic. ult. requiritur, ut omnes personæ, quæ excursioni mar-
itimæ operam navant, juratæ sint, & nemo defectus officii
prætextu ignorantia excusare audeat.

Et alias na- XIII. Hinc porro, ut munus suum eo melius expediant,
ves suis sum- eos naves subditorum sui Principis ad angarias præstandas
tibus ad an- seu operam ferendam in transvehendo apparatu militari, die
garias præ- Schiffe in Beschlag nehmen cogere posse, à ratione juris non
standas co- alienum videtur. Expeditio enim eorum pro salute publica
gunt. suscipitur, ad quam promovendam quilibet obligatus est, L.
fin. §. fin. C. de Fabricens. lib. 10. ut nec Ecclesia, nec navis in-
signibus Principis utens, nec alius privilegiatus ab hoc an-
gariarum onere excusationem habeat L. 11. C. de SS. Ecclesi-
ris. C. Ut nemo privat. Christinaus Vol. 5. Dec. 83. n. 2. seqq.
& planè ad id tempore necessitatis extraneorum naves in ali-
cujus portu consistentes obligatæ sint, quia extranei quoq̃
qui se saltem ad tempus civitati nostræ immiscent, conformes vivere tenentur civitatis hujus legibus, nam etiam
ad illorum bona occupanda, quæ non sunt in nostro territo-
rio, tempore necessitatis, jus datum nobis est. Vid. Fam. Strada
de Bello Belg. Decad. 1. ad A. 1569. p. m. 419. in f. Boecker ad
Grot. L. 2. c. 2. §. 10. Rhet. Inst. Jur. publ. L. 2. c. 19. §. 8. Loc-
cen.

cen. lib. 1. c. 5. Ut tamen, quia excussores propriis sumtibus navem suam instruunt, cuilibet pro navata angariarum opera dignam mercedem exhibeant, quod in re tam odiosa & cum querela gravatorum conjuncta maximè æquum est. Tabbor. Decis. 18. n. 12. & 13. & Armament. Justin. cap. 1. §. 16. Marquard. de jure mercat. l. 2. c. 5. n. 40. Si navis angariata ab hostibus direpta fuerit, & præstatio hujus oneris sit singulis injuncta, *Ropff für Ropff* nihil erit, quod læsus damni nomine à Republica repetat, quia ex facto alieno nemo obligatus est, sed suum cuiq; nocet *L. 155. ff. de R. 7.* si vero universitati injuncta, quia in omnium usum angaritate naves præstatae sunt, etiam omnium contributione damnum resarcendum erit, juxta proportionem Legis Rhodiz de jactu, cujus ratio toties procedit, quoties quis pro commodo plurium conservando periculum sustinet, & id quoque, quantum in agente fuit, promovit. Myler ab Ekbrenbach de Princ. & Statib. Imp. cap. 72. n. 10. & 11. Carpz. de Regal. regali 55. in f.

An deperditam angariatam navem Respubl. restituere debeat?

CAPUT IV.

De Officio Excursorum maritimorum, & erga eos reciproca amicorum obligatione.

I.

Vidimus de facultate exercendi navem excursoriam *E. M. tantum* jam ad executionem ejus digrediendum. Ea facienda in sæpè à multis unâ excursoribus suscipitur, qui hostium namare insident, & hostem adventantem circumves, que ex dant, ne illis effugiat, cujus exemplum ab Anno aplustribus 1640. legimus ubi quadraginta, & 1622. ubi viginti duæ navis cognoscuntur ves ex portu Dunquerkerano mari immissa ad hostem observandum. Aitzema P. 2. p. 326. *Wächter Untwelsing der Waertimen der Republikken Holland und Freistand. P. 2. c. 1. p. 184.* In neminem tamen alium, quam in hostium naves, aut amicorum, quæ hostibus serviunt excursio facienda, navium amicorum cursus non impediendus, nedum illæ hostiliter tractandæ

F 2

Etandæ

Etanda sunt, Groot Placaet Boeck Vol. 4. lib. 1. tit. 7. Placaet de 23. Octobr. 1690. Id vero cuius navis in occurſu navigationis ſit, ex velis & apluſtribus appoſitis cognofci poteſt, nam quælibet Reſpublica ut ſua inſignia peculiaria ita & navium apluſtria habet, ex quibus ſtatim dijudicari poteſt, à cuius Jurisdictione illa pendeat, de qua velorum diverſitate & eorum ſignificatione videri poteſt. Höpping. de jure inſign. cap. 10. n. 106. Autor des gedffneten Ritter-Plages. Tit. vom gedffneten

Quid ſi quis falſis velis ut ipſius hoſtis vel amici uſatur? See. Haafen. p. 10. ſeqq. Accidit vero nonnunquam, quod quis deliberato alienis velis utatur, vel ipſius hoſtis vel neutrius, ut ſecurè cum mercibus ſuis per mare tranſeat, vel inſidioſe hoſtium navibus appropinquet, ubi durante hoc ſuco amicorum quidem jure fruitur, & ſi ejuſmodi ſtratagemate hoſtilem navem occupare poſſit, id ex permiſſo jure belli faciet, quia quando juſtum bellum geritur, ad juſtitiã nihil refert, vi aperta quis pugnet, an ex inſidiis. Grot. III. 1. 6. Alberic. Gentil. de jure belli lib. 2. c. 3. Cognita tamen fraude, navis illa, quæ revera hoſtis eſt, fortunæ belli

Et ſi exinde amica navis amicum hoſtis eſſe creditur? exponitur, & direptioni victoris ſui patet. Quod ſi navis vexillis ſui hoſtis uſa, ab amico offenſa, pro hoſte habeatur, niſi maturè larvam abjecerit, non malè ut hoſtis excipitur, talis enim quilibet ab altero judicatur, qualis videri voluit, & publicæ expeditioni privata conſilia impedimento eſſe nequeunt. Interim damnum quandoq; reſarciendum eſt, quod ex conſictu amicarum navium contigit, nempe ſi victrici amicæ primùm invaſe id illatum fuerit, non ſi victrix invadenti, quia damnum hoc ſua culpa ſibi accerſivit L. 203. ff. de R. J. in 6. Ut autem intelligatur is primùm incepſiſſe, qui adverſario validior, vel qui prius ad pugnam provocavit, tormentorum exploſione, clamore hoſtili aut alio ſimili violento actu. Marquard. de jure mercat. lib. 2. c. 5. n. 77. ſeqq.

Magis facit ad ſecuram navigationem Certificatio. II. Sed cum, ut dictum, apluſtria navium poſſint eſſe in ludificationem alicujus, gentibus alius modus placuit, quo cuius navis & merces ſint, certius cognofcitur. Eſt ille ita dicta Certificatio, ſeu epiſtola Commeatus aut paſſus maritimi, & inventarium mercium omnium navi impoſitarum, quæ

quæ instrumenta Magistro navis à magistratu sui loci dantur, quibus notum redditur, quod omnia ita sese, ut asserit, habeant. Vid. *Edict. Ord. Belg. de mercibus contrabandis & com-merc. d. 28. Jul. 1705. in f.* Ut copia sit inspiciendi illas ex-
Ejus ab ex-
 cursori, si in mari aliquam navem inveniatur, ea, ne vim pa-
cursoribus
 tiatur, extra tormenti jactum subsistere, & ab insidiosa nave
perlustranda
 scapham cum duabus vel tribus personis expectare debet,
gratia sisten-
 quæ navem conscendunt, ut sciscitentur ex nauta, cujus na-
de naves?
 tionis navis & merces in ea sint. Si mare impetuofum ap-
 pareat, & navis ad navem appropinquare nequeat, ne col-
 lisione conterantur, occurrenti navi indicitur, ut nocte una
 cum excursoria lucerna utatur, & hoc modo in conspectu
 excursoris maneat, ad quam mitigato mari propius acce-
 dit, explorans id, de quo jam dictum fuit. Si igitur ex cer-
 nificatione inspecta appareat, quod bona & navis amicorum
 sint, sine mora dimittenda sunt, hostis autem ubi depre-
 hensa fuerint, jure belli excursoris sunt. Sed Insidiatori
 tali, ut nautam aut homines ejusdem fustibus, minis vel
 verberibus id proferri cogat, permissum non est. *Tr. Pac.*
int. R. Angl. & Algeriens. d. A. 1662. art. 7. Tr. Marin. int. Lu-
dov. XIV. R. Gall. & Civit. Hanseat. d. A. 1655. art. 7. Tract.
Marit. int. R. Hispan. & fœd. Belg. d. 1650. art. 11. Tr. Marit. int.
R. Angl. & Belg. d. Ao. 1674. art. 5. ap. Müller. Continuat. Des
berto. Europ. P. 6. p. 463.

III. Ubi hostium bona fuerint, nihil attinet, an ad Rem- *Hostis tam*
 publicam an ad privatos pertinent, nec refert, an naves publica quæ
 apparatus bellicum advehant, an mercaturæ causa exerce- *privata bona*
 antur, satis enim est, quod hostium sint, quorum bona re- *patent dire-*
 spectu ad alterum hostem velut dominio vacua jacent, & vi- *ptioni.*
 ciori occupanti jure belli cedunt. *Edict. Ord. Belg. de Excurs.*
1705. d. 28. Julii art. 13. d. Ordin. Dan. vor die Commiss. Fabrer
art. 4. Grot. III. 6. 6. Cum igitur anno tertio hujus seculi ex- *Casus duo de*
 cursor Selandiæ ex mandato Imperatoris Romani excursions *navibus di-*
 maritimas agens, navem gallicam frumentariam ad portum *reptis in por-*
 Centumcellarum occupatam ibi stitisset, causam non habuit *in Centum*
 Gubernator loci, ut ad petitum Gallici Consulis eam *arresto cellarum.*
 detine-

detineret. Satis enim constabat, quod hosti ablata fuerat, & notum quoque erat, quod Gallorum excursores naves in Adriatico mari Cæsari ademptas, aliamque prædam in Anconato portu vendiderant, contra quos ut pari jure jam Imperator uteretur, par ratio dicitabat. Et quamvis etiam Aula Romana factum gubernatoris probare videretur, quæ quandam differentiam inter Cæsaris & Gallorum excursores movebat, quod iste Cæsaris ex Selandia & reformatæ religionis esset, tamen Legatus Imperatoris istis argumentis insistens, & nisi petito suo satisfieret, ad represalias contra Papam in Ducatu Ferrariensi adhibendas provocans, tandem obtinuit, & decreto Papæ Gubernator jussus, arrestatam navem occupatori suo restituere. Conf. *Tr. Europäische Fama, Tom. III. ad A. 1703. p. 22.* Suo jure etiam sibi vindicavit excursor Hollandicus duas Neapolitanas naves anno sexto sæculi nostri in mari mediterraneo deprædadas, quas quidem cum ad portum Centumcellarum perlata, Regius Senatus Neapoli sibi restituendas prætendit, ideo quod sub tormentis fortalitii occupatæ dicebantur. Verum cum à contraria parte victum esset, eas extra Jurisdictionem maris Ecclesiæ Romanæ occupatas fuisse, deducendi copia excursori data. fuit *d. Tr. Europ. Fam. Tom. 58. ad A. 1706. p. 691. seq.*

*Cause cur
subditis com-
mercia cum
hoste inten-
dicantur.*

IV. Monet itaque quemlibet salutis suæ ratio, ut sibi à commercio cum hoste tractando temperet, ne pro lucro sperato irreparabile damnum incurrat contrafaciens. Sed urget etiam salus totius Reipublicæ, ut subditis suis commercium illud interdicit, quippe ita facile propriis telis conficitur, quando hostis ad se conservandum ex ipsa mediâ accipit, cum potius nihil non impendendum, quo vires ejus atteruntur, ut ad ponendum arma eo citius compellatur. Igitur sæpe factum constat, quod superiores omne commercium cum hoste subditis suis expressa lege ademerint. *Edict. Ord. sæd. Belg. d. 7. Octobr. 1690. Groot Placaet Boeck Vol. 4. lib. 1. tit. 9. p. 221. & Edict. d. 28. Julij 1705. Tit. Cod. Qua res export. ibig. Zypæus in Notit. Jur. Belg. p. 141. & ad tit. de Re milit. §. Insuper eodem p. 279.* Alii tamen, quibus durante bello commercio

merciorum libertas statui suo conducibilior visa, contrari- *Et alia, cur*
 um maluerunt, & ad hostes merces, in specie alendo bello *permittan-*
 non utiles, perferre, subditis suis permiserunt, quibus tunc *tur.*
 inter medios hostes tutis esse licuit, ut nec eos offendere
 excursoribus datum fuerit. Id vero placuit Eduardo I. & Phi-
 lippo Pulchro Franciæ Regibus bello implicatis. Selden. *de*
mari clauso c. 27. Et inter Regem Sveciæ & Ordines fœderati
 Belgii libertas merciorum stabilita, *Tr. Commerc. Holmiæ d.*
16. Novemb. 1676. Sic & Turcis & Persis inter se bellum ge-
 rentibus liberum manet commercium, cum utrique nationi
 id expediat. Olear. *Itinerar. Persic. lib. 5. c. 18.* Apud Belgas
 tamen cautum est, ne ultra quam semel ex tali permissione
 ad hostem Status navigent, aut de novo facultatem impe-
 trent, cum post absolutum iter facta permissio vires suas
 perdat. *Placaet op het staeb van Waaren van Contrabande en*
Commercie ops Viands Landen d. 28. Jul. 1705. art. 4. Quan-
 doque peculiaris ratio exigat, quod quidam subditi, aut in-
 tra certum districtum navigantes ab hostilitate immunita-
 tem impetrent, ut exemplum est in præsentî bello inter Sve-
 cos & Danos, ubi subditis Coronæ Svecicæ ex Romano Ger-
 manico Imperio libera navigatio contra Danorum excursores
 promissa est. *Ord. Dan. vor die Commiss. Fabret &c. d. 5. Apr. 1710.*
art. 4. Et hostibus Belgarum in Insulis Archipelagi, Samo,
 Icaria, Delo & Andro navigantibus ab invasione excursorum
 Belgii immunitas conceditur, *Edict. Ord. fœd. Belg. Haga Comit.*
d. 28. Julij 1705. art. 11. & 12. sed hæc exceptio à regula ma-
 ximè in fide ab hoste data fundamentum habet.

V. Sit autem, excursions nostras tantum in hostium *In nave ho-*
 bona fieri posse, quid si in nave hostili bona amicorum sint, *sili res ami-*
 an illa quoque direptioni parent? Equidem præsumtio est, *corum non*
 quod tales res hostis sint, quia probabile, quemlibet magis *cadunt in*
 sua quam aliena apud se habere, & culpæ pœnam non *commissum,*
 male sentit amicus, si bona sua una cum nave in prædam
 rediguntur, qui sibi imputare debet, quod navi hostili ista
 crediderit. Accedit quod nimis onerosum fit inquirere, quæ
 hostis in nave sint, & quæ amici. Verum si ex documen-
 tis

tis appareat, quod bona amicorum sint, atque ita veritati præsumtio cedat, non erit cur illa auferantur, nam cum amicis bellum non est, hoc autem saltem efficit, ut bona hostium extra dominium posita esse intelligantur, adeoque occupanti cedant. §. 3. h. cap. Quia quoque amicus merces non contrabandas, navi hostili perferendas committens, in re licita versatur, dum amicis cum belligerantibus contrahendi, libera facultas est, si in præjudicium alterius hostis nihil committatur, nihil quoque erit, quod culpæ nomine mercium domino imputari possit. Et onus qualecunque inquisitionis sit, tollitur per probationem in continenti factam. Adeoque verius est, à direptione excursorum bona amicorum in nave hostili salva manere, quod & placuit discretè Regi Galliæ in d. Tr. marit. d. do. 1655. d. 10. Maji art. 3. in f. add. Zouch. de Judic. int. Gent. P. 2. Sect. 8. qu. 5. Voet. de jure milit. cap. 5. n. 21. §. 5. h. c. Sanè si quid juris extra dominium in rebus pacatorum hosti competat, & possessioni annectatur, quale est pignoris, retentionis aut aliud simile, id ad excursores transire non dubitandum erit, quia hoc revera hosti eripitur, in quod jure belli victor succedit, remanente interim dominio apud amicum, quod semper à jure pignoris similique separandum est. Grot. d. l. §. 26. Kul. pil. de privat. in host. excurs. §. 20. & 21.

An idem si
persona ami-
corum in ea
sint?

VI. Non eandem pro personis amicorum, quæ in hostis nave sunt, militare præsumtionem, sed illas simpliciter pro hostibus habendas esse, ex illo concludi possit, quod in personis intra fines hostium exorto bello deprehensis juris est. Hujus rei rationem Grotius suppeditat III. 4. 6. quod ab illis quoque damnum metui possit, dum hostium partibus se immiscuisse easque probasse intelligantur, quæ ratio tamen Dn. Coccejo *Disp. de jure belli in amicos* §. 22. displicet, qui aliam substituit, quod, cum illæ personæ sub imperio & potestate hostium sint, & cogi possint, ut causam ejus suscipiant, nobisque noceant, à nobis proinde non alio quam belli jure æstimari possint. In rebus amicis hoc ideo non obtinere, quia ab illis nihil damni metui potest, ut
pote

pote quæ non hostium, sed tertii commercio destinatae sunt, qui illarum direptione sine sua culpa laederetur. Contrarium tamen in personis si non communi usu, attamen pactis populorum observari videmus, ut & in his, post elisam præfunktionem, locus veritati relinquatur, scilicet quando nihil pro hoste fecerunt, quod maneant nobis amici. Vid. *Capitulat. Achmeti, Turc. Imp. cum unit. Belg. 1612. art. 3. Tr. Pac. Tom. 3. p. 38. & Capit. int. d. Populos d. A. 1681. art. 2.*

VII. In casu inverso, ubi navis amica, personæ vero & res in ea hostium sunt, videri posset, quod tota navis pro hostili habenda sit, quia non amici sed hostis est vecturæ personarum & mercium hostilium intercedere, & ita opus hostis agere. Quam rationem fortè intuentes Judices Admiralitatis Belgicæ, cum Regii Belgii mercatores merces in Hispaniam per Anglorum naves clanculum transmitterent, & hoc Zelandiæ subditi, hostes Hispanorum, indignè ferrent, adeoq; quasdam naves Anglorum id agentes caperent, has illis pro legitima præda adjudicarunt. Zouch. *de Judic. int. Gent. P. 2. Sect. 3. qu. 6. Add. Capitulatie van de Turckschen Keyser voor de Onderdanen van den Staet der verenighde Nederlanden d. 1681. art. 22.* Videri etiam posset, quod nihil ex amica nave diripiendum sit, quando in eam nullo consilio, sed ignoranter quod bona & personæ hostium sint, recepta illa fuerint, quia non decet belligerantes, ut bello non permixtum hostili invasione excipiant. arg. *L. Cotem. 11. ff. de Public. & vectigal.* Marquard. *c. l. n. 38. & seq.* Sed nobis media sententia tutissima videtur, ex qua navis amici salva servanda, personæ vero & bona hostium direptioni subjicienda, quia quidem ad hæc, non ad illam bellum jus excursoribus facit, qui debent propterea navem præternavigantem inquirere, ut eripiant non alia, quam quæ in ea hostis sunt, §. 2. *b. c.* & quia non dispar ratio in hoc & casu §. 5. apparet. Quod damnium autem ex mora & detentione navis accidit, id ad exercitoris culpam pertinet, qui sibi imputare debet, quod in rerum & personarum statum non melius inquisiverit, aut melioribus certificationibus suæ navi prospexerit. Ex quibus

Quid sit in amica nave persona vel res hostium



Damnatur quibus certo conitat, omnem consuetudinem, quâ cum mer-
consuetudo cibus hostium etiam navis hostilis, & cum nave hostili et-
qua cum na- iam merces hostiles esse judicantur, quæq; ferè in regulam
ve bona & abiit: Unsehe Güter machen unseey Schiff / und unseey Schiff
vicissim con- mache unseeye Güter / velut duram & irrationabilem plane
ficiantur. rejiciendam esse. Nam præterquam quod directo liberta-

tem commerciorum turbat, etiam multis fraudibus fenestram
 aperit, cum tam ab aliis quam ipsis excursoribus subornari
 quidam possint, qui navibus clam in navigantium damnum
 merces hostiles inferant, ut promptior occasio sit, illam confis-
 candi. Quare etiam in locis, ubi rigorosa talis consuetudo
 aliquandiu valuit, utpote in Gallia, successu temporis mi-
 tior pronuntiandi ratio placuit, & planè illa abrogata
 fuit, tot mercatorum extraneorum querelis intervenientibus,
 idemque ab aliis populis factum, qui cuique amicorum
 dominium in bona sua conservari lege præcaverunt.
Trad. Marin. Ludov. XIV. Reg. Gall. & Civit. Hansat. A. 1655.
art. 3. Tr. Marit. int. R. Hispan. & Civit. Hansat. 1650. art. 12.
Tr. Pac. int. fed. Belg. & Algeriens. 1662. art. 2. cit. Ord. Dan-
vor die Commiss. Fohret art. 4. in fo. vid. Marquard. lib. 2. c. 4.
n. 33. seqq.

Amici sunt VIII. Hanc pro amicis securitatem illorum innocentia
 omnes, qui exigunt, quia ut hostes propter indictionem hostilitatis ad omnia
 nobiscum pacèva expositi, ita ob eam cessantem æquum est, ut be-
 nificè vivunt, dignius habeantur amici. Horum nomine nobis omnes sunt
 etiam si erga illi, qui nobiscum pacificè vivunt, utut fortè affectu propen-
 alterum bel- sioris erga hostem nostrum inveniantur, modo communes
 ligerantem, amicitia terminos non lædant. Cum enim amicitia de rebus
 sine prolixio- naturæ permittitur, nemo injuria afficitur, qui ab aliquo
 vi. affectu. minori ejus gradu excipitur, quam alius. Quare id quod Ci-
 cero pro Plancio dixit: *Vetus est Lex illa justa veraq; amicitia,*
ut idem amici semper velint: neq; est ullum certius amicitia vin-
culum, quam consensus & societas consiliorum & voluntatum ad
casum amici hostis mei non pertinet, quasi is cum hoste
meo contra me idem velle videatur, quia non omnis ami-
icitia ad quælibet officia porrigitur, sed specialis sit oportet,
ut

ut specialibus officiis subserviat, quæ non ex conjectura amoris, sed peculiari conventionem nascitur, sine qua alias multis absurditatibus ex vinculo generalis amicitie ansa daretur. In specie amici bellantium sunt, qui armorum societatem deprecantur, & se quietos inter illos continent, quos alias *In specie sunt* *ales Neutra-* *les.* bellorum provocant, qui vulgo Neutrales dicuntur, & status eorum Neutralitas. Bœcler. *Dissert. Quæ in turbis p. 215.*

§. Pergendum.

IX. Accidit vero aliquando, quod quis ex ipsis hostibus ob suum interesse sollicitet aliquem, ut maneat neutralis, velut Rex Sveciæ eo nomine Helveros stimulavit Anno 1632. *Theatr. Europ. Tom. II. p. 678. seq.* vel quod neutralitatem sub certis conditionibus in gratiam quieti offerat, ut Rex Galliæ 1675. Electori Moguntino, & 1688. Electori Saxonix, qui ambo tamen eam modeste & ex gravibus rationibus deprecati sunt. *Theatr. Europ. Tom. XI. p. 771. & Tom. XIII. p. 355. inf.* aliquando fit, quod ipse quis amore tranquillitatis neutralitatem à belligerantibus expetat, ut Dux Bavarix à Rege Sveciæ 1632. *Theatr. Europ. Tom. II. p. 585.* Quocumque tamen casu de Neutralitate tenenda agitur, raro sine difficultate id fit, quia, cum quilibet vicinus, qui in armis stat, affectat habere socium, & causæ suæ addictum, cujus partialitati qui se excludit, offendit vel utrumque vel tamen alterutrum, ex quo sæpe accidit, quod qui inimicos evitare voluit in media via, in ea ipsa eos inveniat, & vel diuturnitate belli velut granum inter duos molares conteratur, vel ab alterutro victore sine ullo gratiæ aut dignitatis respectu opprimatur. *Pufend. Rer. Svecicæ lib. 4. S. 1. & 19. lib. 5. S. 23. inf.* Nihilominus quia partialitas nullius aut imperfecti juris est, nulla ratio adest, quare quis ad eam amplectendam cogi possit, sed potius arbitrio alicujus relicta est, vel illam vel neutralitatem eligere. Hinc qui viribus suis confidit, & propter electam neutralitatem non metuit, se victoris prædam fore, vel ipsi belligerantes videant, expedire sibi, ut sint vicini neutrales, quo victi ad eos confugere possint, vel

vel illis aliquando sit pacis mediator & arbiter, non erit cur à tali statu devocentur illi, sed potius belligerantes operam dabunt, ut ejusmodi neutralitas publicis tabulis stabilatur. Seckendorf. *Discurs. Polit. moral. ad Lucan. Pharsal. O. 75. & seq. p. 66.* Bepold. *Oper. Polit. Dissert. de Neutralit. S. 1. 2. & 3.*

Amici & neutrales utriusque securi praestandi.

X. Nulla igitur excursio maritima facienda in neutrales naves, nulla etiam in hostiles quando stant in portu neutralium, sed plena securitas omnibus debetur quacumque occasione fieri potest. Navibus hostium ex portu & jure neutralis securitas accedit, qui in illo loco imperium habet, quod à quolibet reverenter habendum. Omnium enim populorum consensus est, ut cuique Principi stet illaesa & violata majestas, quam sicut amicus in utroque bellantium sanctam servat, nec permittit, ut in suo portu alter in alterum aliquid hostiliter moliat; ita convenit, ut pari reverentia amici majestas ab illis colatur, & communis amicitia nulla hostili collisione in detrimentum securitatis publicae frangatur. Grot. *III. 4. 8.* Loccen. *de jure marit. L. 2. c. 4. §. 6. & 7.* Boeckl. *d. Dissert. p. m. 210.* Quod ergo à quodam Fiscali, moderato alias & prudenti viro, cum neutralium querelas ob vim illatam audiverat, illis responsum fuisse Aitzema dicit. *Tr. Part. XI. ad A. 1665. p. 1301. Edit. in 410.* memorat: Belli incommoda neutralibus quoque degustanda esse, cum secus eorum jura quilibet incola cum civitatis suae desertione affectaturus sit, in qua tamen si gnarus, ad neutrales etiam pervenire belli onera, facilius perfiturus est, id ab aequitate & omni ratione alienum est. Longe aequiorem mentem Rex Galliae habuisse dicitur, qui excursoribus suis legem publicavit, qua illis omnem vim neutralibus inferre serio prohibuit. Vid. *Ordinatio Galliae de securitate navium neutralium durante bello d. 23. Julij 1705.* Eaque Svecis & Belgis, pariter his, Anglis & Danis fuit, qui mutuo sibi caverunt, non permissuros esse, ut ab extraneis excursoribus ulli horum in alterius portu injuria fiat, sed sua potius autoritate effecturos, illata damna laeso restitui. *Trans. Comm. int. Reg. Svec. & fed. Belg. Neomag. 1679. art. 35. Convent. int. Reg. Daniae, Britannae, & Belg. 1692. art. 6.*

XI. Ex

XI. Ex jam adductis rationibus facile apparet, navem *Singularium* olim in hostis loco fabricatam, jam autem à neutrali exerci- *casu mem-*
tam, ab invasione excursorum tutam esse, *vid. Liter. Civitat. tjo.*
Gedan. ad R. Hispan. d. 5. Dec. 1625. Tutam quoque esse navem,
cui navarcha præpositus, qui ratione originis subditus fuit
hostis, jam vero mutato domicilio in loco Neutralis habitat.
Solutus enim est à loci prioris incommodis, ex quo ante
bellum exortum discessit, & in alium domicilium suum trans-
tulit, quod ex facultate, quam quilibet habet de rebus suis
pro lubitu disponendi facere potuit, ut nec amplius avo-
catoriis mandatis ab exterorum ministerio avocari possit. *Vid.*
Liter. Civit. Gedanens. ad Cancellarium Scotia d. 14. Junij 1673o
B. Dn. Stryk. Dissert. de Resignat. Jur. Civit. cap. 2. & 6. Pufend.
de J. N. & G. lib. 8. cap. 11. §. 3. De tuta in portu neutra-
lium statione Scipio Africanus exemplum exhibet, qui, dua-
bus triremibus ex Hispania Numidiam petens, & acriori
vento in portum Syphacis Regis, Romanorum & Carthagi-
nensium amici, perlatus, antequam hi, Romanorum hostes
& in illo septem triremibus consistentes, anchoras suas mo-
lirentur, in isto tutus constitit, nec contra eum Carthagini-
enses quicquam tentare ausi sunt. *Liv. lib. 28. c. 7o.* Cumque
in portu Bergenfi Norvegorum Classis Indica Belgarum Anno
1665, confederat, eamque hostes Angliæ persecuti fuerant, &
Gubernator illius urbis graviter attentatis horum obsticit, &
denuntiavit illis, se hostem fore Anglorum, ni missos fa-
cerent Belgas. *Memoir. d. Estrad. Tom. I. de 20. Fevrier & 21o*
Mout. 1665. p. 52. 281o 313o. Walth. Schultz. *Itiner. Indic. lib.*
3. c. 20. & 21o. Igitur quod supra à nobis dictum est: licere
ex justa causâ belligeranti jus suum persequi in suo solo, in
solo hostili, in nullius, in mari & ubi hostis invenitur, id
de loco intelligendum est, qui jacet extra imperium pacati,
qualis non est portus neutralium.

XII. Cum jure non possint excursores neutralium naves *Bona neutra-*
capere, nec præda erunt, si de facto captæ fuerint, & ne *lium non si-*
quidem tunc, si postea his excursoribus ab aliis hostibus suis *unt præda*
iterum ereptæ sint, quia non majori jure postrema occupa- *capientium,*

ne quidem si tio fit, quam quo prima, ut adeo navis domino dominium ab aliis bis suam maneat, ex quo illam vindicare potest à quocunq; possiterum ere-
 sessor. *S. ult. J. de Oblig. qua ex delict. nasc.* Vid. *Liter. Magistrat. Gedanens. ad Ordin. sed. Belg. d. 5. Januar. 1694.* Ex hoc

jure sequens casus decisus: Capitaneus Algerienfis Hispanis amicis navem eripuerat, eamque, quia in Algeriensium portum cum ea redire non poterat, in portum Tripolitano- rum traduxerat. Post aliquot tempus ex eo cum prædata na- ve navigat, quæ ipsi à Melitenfibus iterum eripitur. Hispani deinde navem suam à Magistro Melitensium repetunt, sed ille negat ad restitutionem ejus se obligatum esse, quia jam aliquandiu in hostis sui potestate fuit, indeq; ab ipso ereptam in prædam suam cedere. Verum lis decisa, Magistrum resti- tutionem navis non declinare posse, quandoquidem ea Capita- nei fieri non potuit, cum eam velut pirata amicis suis ex- torserit, consequenter jus Hispanis esse, utpote prioribus do- minis vindicandi eam. Vid. *Consultation. Adversen P. 2. Consul- sat. 151. p. 305.*

*Quale vicis-
 sim illorum
 sit officium
 erga bellige-
 rantes.*

XIII. Ut vero belligerantes ad jura amicitia exhibenda Neutralibus obligantur, ita vicissim hi obligati sunt, ne quic- quam contra illos faciant, sed erga utrumque sint æquo ani- mo. Hinc non impediunt hunc, illum sublevant, non præ- sent illi, quod huic negant, sed aut neutram aut utramq; partem necessariis rebus ex æquo adjuvent. De hoc officio Mediorum Grotius III. 17. 3. ita agit: *Eorum, qui in bello ab- stinent, officium est, nihil facere quo validior fiat is, qui improbam fovet causam, aut quo justum bellum gerentis motus impediatur. In re vero dubia æquos se præbere utrisq; in permittendo transiit, in comæatu præbendo legionibus, in obsessis non sublevandis. Sed in eo merito, quæ de causa protulit, censuram Bæcleri de Dissert. p. 202. incurrit, cum nunquam sententia, quæ Neu- trali causam æstimare permittitur, in usum deduci possit. Neutralibus enim vel utrinq; bellum justum videri debet, cui misceri nolunt, vel utriusque injustum. Quod si cau- sam æstimare velint, non medii erunt, sed partis unius socij. Adeoq; licet intra animum suum sentiant, à cujus parte sit belli*

belli iustitia, apertè tamen id profiteri non convenit, sed utrumque iustè belligare, statuere eos oportet.

XIV. Quæ cum ita sint, non potuit jure Gubernator *Casus de Gu-* Portus Liburnensis, qui neutralis est inter Regem Gallia, *bernare Li-* & Angliæ fœderatos, prohibere navem excursoriam Galli- *burnensi* & *cam*, ne ex eo in naves Belgarum excurreret, easque *Hamburgen-* in mari persequeretur, ut factum hoc esse ex Relationibus *sibus neutra-* hebdomadariis constitit. Ex dictis quoque apparet, quid de *libus.* petito Belgarum habendum, quo Anno 1658. ab Hamburgen-
sibus contendebant, ut Collartum, famosum Portugallia excursorem, in portu illorum consistentem arresto detinerent, causati, quod prædam suam in ipsorum portu vendiderit, & ibi navem suam novo comœatu & alio apparatu bellico instruxerit, quod Hamburgenses, si officia neutralium custodire vellent, permittere non possent, eosque proinde jam obligatos esse, ut in Belgarum satisfactionem assurgerent & excursorem detinerent. Scilicet jus quidem non defuisse Belgis talia ab Hamburgensibus exigere, quin eos ex hoc factò non amplius haberi potuisse pro amicis illorum, at defecisse probationem, quod talia Hamburgenses in portu suo admiserint. Igitur effectu caruit illorum petitem, *arg. L. Duo sunt Titii 30. ff. de Testam. Tut.* & non tantum in contrarium Collartus jure Gentium securam stationem ibi contendere potuit, sed & Hamburgenses non ultra obligati fuerunt, quam ut caverent, ne ulli Belgarum in Albi à Collarto in posterum damnum aliquod daretur. Aitzema Saacken *van Staet en Oerlogk P. 4. lib. 38. p. 266. edit. in fol.*

XV. Esto porro, in litus amici excursoriam navem, aut *Navis in lit-* aliam mercatoriam ab illa fugatam, maris impetu impelli, *us neutra-* aut ita impediri, ut rursus recedere à loco non va- *lium impuls-* leat, amico illam hosti servare, vel in Fiscum suum redigere *non confisca-* permissum non erit, cum priori casu uni plus quam alteri *potest.* *favere,* & in altero contra æquitatem calamitatem auget. *Quicquid enim pro domino territorii profertur, quali Re-* gale maris fit, naufragorum bona capere, consuetudine diu- *turna, nulla lege abroganda roboratum, ad quam respec-* *xisse*

xiste videtur Annas Mommorancius, Equitum Magister, qui cum Legatus Caesaris coram Henrico II. Galliarum Rege questus esset, & duas naves ad littus ejetas ac ab Jordano Ursino captas, restitui sibi postulasset, ei respondit: ea quæ ad littus maris appulsa, gentium jure ad Principes, qui litoribus imperant, pertinere Arumæus *Vol. 4. Jur. publ. Discurs. 42. lb. 43.* Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 10. p. m. 267.* id ab omni jure, ab omni ratione & æquitate adeo abhorret, ut barbarum potius dicendum, in miserorum calamitate latari, & è re tam luctuosa compendium aliquod capere, cujus adeo gentiles humanitatis memores puduit, ut id potius omni severitate detestati sint. Et quod cum injuria bona naufragis eripiantur, quemvis sana docet ratio, quia nemini sine suo facto dominium suum auferendum est. Non enim bona naufragorum pro derelictis habenda sunt, quippe non intentio eorum est ea derelinquere, sed data occasione recuperare. Henel. *in Otio Vratislav. cap. 37. p. 321. seqq.* Christianæus *Vol. 5. Decis. Mechilin. 64.* Quare in hanc rationem respicientes æqui bonique Principes, omnem contrariam consuetudinem damnatam voluerunt, & constituerunt, ut omnia integra dominis suis conservarentur, quos inter sunt Imperatores Fridericus in *Avih. Navigia C. de Furr.* & Carolus V. in *Nemesi sua art. 218.* ut proinde ad eam quoque alios conveniat respicere, in quorum littore afflictis accidit afflictio, ne illis bonorum publicatione ea gravior reddatur.

Agentes contra officium neutralitatis considerantur ut hostes. XVI. Quod si ergo verbis quidem aliquis se neutrarum partium profiteatur, re ipsa vero alicui belligerantium assistat, & hoc non ex suspicionibus, sed documentis certum sit, dubium non erit, quin perdat mediorem jura, & ipso suo facto alterius hostis fiat, cum planè stolidum foret, verbis hoc casu magis quam ipso facto credere. Non itaque sui porrus securitatem sibi amplius polliceri potest, qui ibi naves bellicas extruere uni belligerantium permittit. Non potest neutralitatem retinere, qui tempore belli ex portu suo tormentis & aliis ad expeditionem militarem instrumentis pertinentibus extraneas naves ad hostem dimitti facit. Marquard.

Casus justæ hostilitatis contra ipsos.

quard. *d. Tr. l. i. c. 15. n. 55. seqq.* Nunquam enim ejusmodi favor ita comparatus est, ut non lædatur alter, cum & in exercitu hostium esse dicatur, qui illis necessaria belli ministrat. Procop. *i. bell. Goth.* Jure itaq; nullo superiore anno conqueri potuerunt Corsi, quod Angli d. 14. Junii Gallicam navem versus Sardiniam destinatum in Bastix portu invaserant, qui aliquoties jam experti fuerant, Corsos contra officium neutralium egisse, & Gallorum classi Sardiniam petenti auxilia contra Anglos illorum hostes tulisse. Vid. *Lect. Hist. ques du Mois de Juillet 1710.* Ita apud Belgas constitutum, naves neutralium confiscari posse, quando ad portum hostilem deliberato transeunt, aut ex eo abeunt, & forte cum tenderent ad eum, non deprehensæ fuerint; item quod ea navis, quam neutralis ab hostibus comparavit, & nondum in proprium aut alium exceptum portum devulit, direptioni excursionis maritimæ exposita esse debeat, ut nec ab ea exemptionem habeat, si ex hostili veniens, & fugata ad liberum portum, ex ea postea exiens, ab altera parte belligerantium capta fuerit. Aitzema *ad A. 1630. d. 26. Junii Part. III. p. 177. edit. in 4to. Consultation-Advyfen P. 5. Consultat. 161. p. 499. seqq.*

XVII. Deducimur ab his ad pervagatam, sed inter gentes & populos maximis contentionibus agitatum quaestio-
nem: an hostes nobis fiant amici & neutrales, si hosti nostro *An hostes mihi fiant neutrales, si*
merces advehant, ut propterea in mari deprehensi ab excursoribus nostris offendi, illorum naves & merces rapi, & *hosti meo merces adve-*
xant? *ratio-*
tuntur vero in utramq; sententiam argumenta tam proba-
biliter pugnantia, ut quodlibet eorum suam causam optimè *nes in u-*
tueri videatur. Pro negativa sententia, quod vectura mer-
cium ad hostem tempore belli fiat in præjudicium alterius *trandi, sen-*
hostis, eaq; proinde prohiberi non possit, commerciorum li-
bertas urgetur, quæ nemini pacatorum adimenda, cum
jus sit cuilibet res suas vendendi cui velit, in quas alteri
nullum jus datum est, & pax, quæ hosti cum neutrali in-
tercedit, jubet quoque, ut pacis jura, nimirum libertas com-
mercio-

merciorum, salva conseruentur. At à contraria sententia, quæ talia commercia alteri hosti damnosa esse, illumq; qui cum meo hoste talia tractat, hostem mihi fieri, Patroni ejus sustinent, id ea ratione probant, quod idem actus tam inferentis, quam assistentis sit, ex quo injuria vel damnum nobis infertur, eoque proinde amicitiam necessario dissolvi, & hostilitatem induci. Cum autem à natura concessum sit cuilibet, si commercia cum hoste impediatur, quippe salvis illis jus nostrum alias defendi, aut demptum haut facile recuperari potest.

Grotij conciliatio per rerum distinctionem.

XVIII. Videns hunc rationum confictum magnus Hugo Grotius, rerum advehendarum constituto discrimine negotium extricari posse existimavit, quando alias res usum tantum in bello habere asserit, alias nullum in bello, quæ voluptati inserviunt, & alias in bello & extra bellum utilitatem præstare. *de jure B. & P. III. 1. 5.* Hostis loco habendum esse statuit, qui res primi generis hosti meo advehit, cujus sunt arma, milites, ferrum, eos etiam subigendo ferro necessaria *L. 11. pr. ff. de Public. & vestigal.* & similia bello gerendo apta instrumenta, quia per tales res hostis validior contra me efficitur. Talem non esse, qui vestes pretiosas, res lusorias & alia luxuriæ & voluptatis instrumenta advehit, quia non illis vires hostium instruit, sed eos lascivire, & sæpe fortitudinem exuere facit. De cæteris rebus ut frumento, pecunia, alioque comæatu ita definit, quod obfessor, si se tueri nequeat, nisi missa intercipiat, ea ex necessitate capere possit, quæ ipsi jus dat, cum onere tamen restitutionis; & si injuris sui persecutione per rerum subvectionem impeditus fuerit, cum advehens id scire potuerit, impediendum obligatum habeat ad restitutionem damni ex culpa sua dati, velut is per quem factum est, quod debitor alicujus carcerem excesserit, etiam criminaliter, si evidentissima obfessorum in nos injustitia sit, alias ad cautionem saltem si damnum nondum datum. Verum cum tempus & status varient, alii nec hoc modo cum hoste tuto commercium institui & prohiberi posse, sed pactis definiendum esse existimant.

Alij pacto mercies contrahendas de-

mant, quæ merces Contrabandæ, i. e. bello exorto prohibi-
te esse debeant, ut eas advectas jus interceptiendi, & à sub-
vehentibus violatæ pacis pœnas exigendi belligeranti, in
cæteris vero non prohibitis mercibus libera sit navigatio neu-
tralibus, cujusmodi pacti exempla occurrunt in *Tract. marit.*
int. Ludov. XIV. R. Gall. & Civit. Hanseat. d. A. 1655. art. 1. & 2.
Tr. Commerc. int. R. Hispan. & Civit. Hanseat. d. A. 1607 art. 3.
Tr. Pac. renovat. int. R. Hisp. & Ord. fœd. Belg. 1650. Tr. int.
R. Spec. & Belg. fœd. 1667. Tit. 4. & alia innumera, in quibus
pro arbitrio pacifcentium liberalius vel strictius de speciebus
illarum dispositum reperitur.

XIX. Ex his omnibus constat, variâ sententiarum dispa-
ritate hoc negotium tractari, ut propè non appareat, quæ al-
teri præferenda aut cui palma debeat. Diffidentium quidem
non est, per conventiones multas difficultates evitari posse,
cum illis commercia ad personas, locum, tempus & res ipsas
restringantur, adeoque illæ regulæ sint pacifcentibus; quia
tamen ex interpretatione pactorum trita & litigia nasci pos-
sunt, cum ad ea, quæ pactis expressa non sunt, interpre-
tatio non valeat, pacta enim stricti juris sunt *L. 57. ff. de pact.*
L. 5. ff. de Transact. quæ non possunt pro arbitrio alicujus re-
stringi vel extendi, ut hoc exemplis illustrat. *Gröning. de*
Navig. libera c. 2. quia quoque de jure hic quæstio institui-
tur, quod Gentibus pro norma esse debet, rem rectius æsti-
manti apparebit, dissensum manere inter jus belli, quo mis-
sa hostibus interceptere permittitur, & libertatem commer-
ciorum naturali jure vallatam. Nec ad eum tollendum per
omnia à Grotio prolata rerum distinctio sufficit. Nam quam-
vis de rebus primi & secundi generis sententia ejus valeat,
non tamen evincitur, ad interceptiendas res tertii generis ne-
cessitatem jus facere. Nec judicium, quod ipse Grotius *III.*
4. 4. de justitia belli integris populis denegat, hic uni vel
alteri mercatori integrum esse potest. Et ista comparatio
domini res suas hosti nostro vendentis, cum eo, qui debito-
rem à carcere dimittit, ob diversitatem rationis planè clau-
dicat, nam ille jure suo utitur, huic vero nullum jus competit.
Vid. *Ziegl. de Jur. Majest. lib. 1. cap. 41. §. 29.*

Epicræsis
quædam de
varietate ba-
rum senten-
tiarum.

Cum distinctione inter pacis & belli commercium ad quæst. respondetur.

XX. Utigitur à certa juris regula pendeat, quid de commercio neutralium cum hoste statuendum sit, erit ante, ut distinguatur an pacis an belli commercium sit, quod neutralibus cum illo intercedit. Si pacis est commercium, & cum utroque belligerantium ita æqualiter geritur, ut alter alteri non videatur prælatus, nemo pacatorum ab eo excludendus erit. Absurdum enim esset, ob duos inter se bello collisos, statim omnes alios à pacis commercio & amicitiz officiis retrahere, eosque cogere, ut huic bello se quoque implicent, & vel continuatione vel cessatione commerciorum communium alteri parti adhæreant. Si vero belli est commercium, quo pacatus hosti meo sese adjungit animo eum sublevandi, ut contra me validior existat, meaque defensio contra eum difficilior reddatur, id mihi intercipere omni jure licitum erit, ac in talem subvehentem jus belli obtinebit, qui non amplius pacem mecum colit, sed hostis mei partes studio tuetur, indeque mihi hostis loco fit. Cum itaque arma & ejus generis instrumenta, durante bello semper belli commercium faciant, & è contrario cum quæ voluptati inserviunt, nunquam de belli commercio sint, illa intercipere fas erit, hæc hosti vendi poterunt. Cum vero pecunia, ferrum, frumentum & alius commeatus tempore belli, & pacis & belli commercium esse possint, ad illud autem accedant, si subvehens meo hosti talia, eadem & mihi petenti pro eodem pretio subministrare paratus sit, hosti meo adventa nunc non intercipere licet, quia subvehens, officium mediocorum non negligit, quod æquali studio erga utrumque absolvitur. At cum in belli commercium eorum vectura abeat, quando hosti meo jam in præsentis periculo constituto merces adducuntur, quibus à deditione liberatur, & posthac mihi mea juris persecutio difficilior redditur, aut ego prorsus eo adigor, ut ab ea abstinere cogar, tunc non dubium erit, idem jus hoc casu contra neutralem insurgere, quod contra hostem competit. Quare facile constat, utramque juris Gentium regulam, de qua §. 17. huj. cap. actum est, in hoc negotio probè observari posse, & ex illa decisionem formari

formari, discrimine illo in commercio posito. conf. *Tr. Marit. int. R. Hisp. & Ord. fœd. Belg. ad A. 1650. art. 7.* *Placaet op het slock van Waaren van Contrabande en Commerce op's Vyandts Landen d. 28. Jul. 1705. art. 14.* *Dn. Coccej. Dissert. de jure belli in amicos §. 13. seqq.* *Neumeyer Tr. de Neutral. & Assistent. c. 9. n. 9.*

XXI. Non obstat his quæ de interceptione mercium bellicarum dicta sunt, quod nondum ad locum prohibitum perlata, sed adhuc in itinere sint, quod flectere earum perlatores & pœnitere possunt, & sic, quia actus nondum consummatus est, qui ad pœnam dictandam requiritur, causam non adesse, cur illæ confiscentur. Fuit hæc ratio, quæ olim Anglos, qui nave variis mercibus & aliqua parte pulveris tormentarii similis pauculo apparatu onusta, Constantinopolim proficiscentes, à Sardis & Melitensibus vero captos, ac ob hanc injuriam querentes defendit. *Alberic. Gentil. Advocat. Hispan. lib. 1. c. 20.* Verum quia in bello non demum remedia adhibenda, quando causa vulnerata est, sed etiam consilia, ne noceant, intercipienda, cum & in aliis casibus melius sit jura sua intacta servare, quam post causam vulneratam medium querere *L. fin. C. in quib. caus. in integr. restit.* si ex certificationibus de animo perferendi mercis ad locum veritum constiterit, mala hæc intentio sufficiet jam satis ad eas diripiendas. A Statibus tamen fœderati Belgii 1630 d. 26. Junii ita dispositum legitur, ut ab invasione naves neutralium tunc immunes sint, si nautæ docuerint, quod intentio prior mutata, & proprio motu illi, antequam in conspectum navium Belgicarum venerint, ab ista planè recesserint, deq; hac mutatione simul ex conjecturis & circumstantiis appareat. *Aitzema d. Tr. P. 3. p. 177. edit. in 4to.* Hoc quoque pacatis non invidendum est, si ipsi non perferant mercem, sed in suo quascunque, nullis exceptis, ad ipsos venientibus belligerantibus venales præbeant, quia hoc casu culpa partis alienus est, quod naves aut plausra mercibus bellicis instructa ipse non hostibus suis eripiat, eatenus enim libertas commercii restringi non potest, ut illi præjudicio sit, qui animum nocendi non habet. *Gröning. d. cap. 2. Neumeyer. d. l. n. 10.*

*Resolvitur
dubium.*

Possunt neutrales in suo loco hostibus vendere mercem quascunque.

Belligeranti-um admonitiones ad Neutrales jure sunt. XXII. Hoc jure intercepti commercium belli, suffultos belligerantes cum intelligant bello impermixti, non habent, cur eorum præmonitionibus non annuant, quando ab illis publicè rogati & admoniti, ne contrabandas merces hostibus suis subvehant, secus autem si fecerint, ut tunc pro hostibus suis habeantur. Admonitionis hujus exemplum occurrit in *Edict. Ord. pœd. Belg. ad subdit. d. 5. Decembr. 1652.* in quorumnes populi & nationes sub ista cominatione hujus rei admonentur. Aliud videre licet in *Edict. Ord. Belg. d. 9. Martij 1689. art. 2.* Groot Placaet-Boeck *lib. 1. Tit. 6. d. Placaet van Waaren van Contrabande art. 12.* Hinc ob illam a se factam Elisabetha Regina Angliæ, querelantibus civitatibus Hanseaticis ob interceptas ab Anglis sexaginta naves, quæ in Hispaniam cum frumento & apparatu nautico tenderant, quasi hoc ipso antiqua earum privilegia violata essent Anno 1589. his verbis respondit: *Se præmonuisse ne apparatus bellicum ad hostes regni Angliæ subveherent, subvehentes licite interceptisse, nec aliter potuisse, nisi perniciem sibi & suo populo sponte attrahere maluisset. Privilegia quæ sunt leges privatae, contra publicam salutem, quæ Lex suprema, non asserenda. Imo illo privilegio Regis Eduardi primi Hanseaticis indulgè discretè caveri, ne merces in terras maniffessorum & notiorum hostium regni Angliæ deveherent. &c. Neutralitatis jure ita utendum esse, ut, dum alterum juvemus, alterum non ledamus. Thuan. lib. 96. Hist. p. 309. 470. seq.* Ac ut nemo excuset quis incitiam, id curæ quoque monitores habent, ut admonitionis suæ exemplum ad Reges Gentesque veniat. *Grot. Annal. lib. 8. ad A. 1599. p. n. 531.*

Gaudent securitate navigandi, qui ab hoste com- meatu muniti. XXIII. Quod Jus datum est neutralibus & amicis, quod ab excursionem maritima liberi sint, si nihil cum hoste commercii habeant, id etiam illis conceditur, qui salvo conducto ab hoste instructi mit einem See-Pass navigant. Selden. *de mari clauso lib. 2. c. 20.* Quamvis vero ibi data securitas ab omnibus sanctè servanda sit, & in transgressores poena arbitraria aut pro renata capitalis obrineat, modo ipse privilegiatus dolo aut culpa careat, eundo scilicet per viam solitam, nec aliquid machinando contra Statum saluum conductum conceden-

cedentis. Burger. *Observ. Milit. Polit. Cent. 1. O. 80.* Stypman. *de jure maritim. P. 5. c. 1. n. 12. seqq.* in interpretatione tamen ejus saepe causa reperitur, quæ assicurato offendiculum ponit, quod ut tollatur, prudenter quoque cavendum est. Nam si concessum sit alicui, ut ab hoste securè veniat in suum domicilium & ibi commoretur per triduum, eo exacto laborabit ne ad abeundum ipsi negetur securitas. Et cui commeatu datus, faciet, ne ille famulis & ministris suis negetur, sine quibus illi ire indecorum foret, item ne rebus, quæ solitæ sunt in iter assumi, & personæ privilegiatæ dignitati conveniunt die Bagage. Omnia talia commeatu munitus recte urget ex mente munientis, qui quando aliquid concedit, id simul concessisse intelligitur, sine quibus concessum beneficium expediri non potest. Grot, *III. 21. 16.* Hert. *Opusc. Tom. I. Tr. de Liter. commeat. pro pace §. 11. seqq.* Id quoque simul notandum est, parem securitatem tribui carinis impedimentorum denen Pacquet - Vooshen / ut videtur ex conniventia gentium. *Memoir. de Estrad. Vol. I. d. 26. & 30. Decembr. 1664. p. 446. 450.*

XXIV. Cum omne mandatum ratione executionis stricti juris sit, & ad ejus fines observandos mandatarius exactè obligetur *L. 5. pr. ff. Mandati* disquirere lubet, si in mandato excursorum nostrorum inter alia habeatur, ut, si ab hostibus se superatos videant, pulverem tormentarium in navem injiciant, & eo se suosque una cum nave & hostibus appropinquantibus potius perdant, quam salvam navem & corpora sua hostium arbitrio permittant, an ex hoc mandato ad parendum obligati sint? ausos hoc esse illos, quibus cura belli navalis commissa, & planè ausos fuisse ultro & citra auctoritatem publicam, ut præ aliis fortes & invicti viderentur, memoranda prostant exempla, Thuan, *lib. 36. Histor. ad d. 1564.* Sande *histor. lib. 30.* Joh. Jacob. Saar *Itiner. Indic. v. 3. p. 7. in f.* & Belgis esse hanc consuetudinem, quod puerum conducant, qui ingruente necessitate pulverem pyrium incendat, quibusque hoc factum adeo notum, ut id peculiari & nautica phrasè in sua vernacula appellent: *den rooden haen*

An excursores teneantur parere mandato, ut se & suam navem perdant, ne veniant in hostis potestatem? neg.

in hoc cruce stecken, recenset Schockius *de Imp. mar. c. 26.* Quod si factum hoc ad rationes iusti examinetur, videmus, non deesse Patronos, qui id approbant, & inferiorem ad id ex superioris mandato obligatum esse statuunt, quia fides & obedientia, quæ quis patriæ obstrictus est, exigit impletionem voluntatis magistratus sui, & finis boni publici, ne omni spe victoriæ & defensionis collapsa, hostem contra nos validiorem reddamus, ejusque sæpe crudelē captivitatem in nos trahamus, jubet hac viâ imminente malo occurrere, inprimis cum non directo Navarcha hoc facinore in suam necem operetur, sed, instar aliorum militum, suam sibi assignatam stationem cum vitæ periculo sustineat. Putant præterea ab exemplo Samsonis hoc facinus probari, qui ædium fulcra diruit, ut confterneret domum & incolas, non ignarus & in suam necem id ipsum fore *Judic. XVI. 30.* Burgersdicius *in Idea Philos. moral. c. 14.* Puffend. *de Jure Nat. & Gent. lib. 8. c. 2. §. 4.* Marefius *in System. Theol. loc. 7. §. 52.* Verum si contrariæ rationes expendantur, magis est, ut negemus excursores nostros ad id mandatum parere teneri, quia rei turpis est, quod ad sui impletionem neminem obligat. Turpe enim & contra naturam est, se sua substantia exuere, in quam quis non sua voluntate sed Creatoris gratiâ inductus est, qui vitam tamdiu ad tuendum nobis præbuit, donec ipse ex ea nos migrare jusserit. Unde ut impie agit, qui alii fatalem horam accelerat, & adhuc scelestius qui non hominem in genere, sed sanguine sibi junctum necat & destruit, quanto magis impium scelus id erit, qui semet ipsum à sua statione dejicit, & ne amplius sit, propicio suo efficit. At revera tale flagitium ab eo committi, qui ex superioris mandato ope pulveris pyrii Vulcano sese consecrat, rectius pensulantem non dubitare finit. Schock. *d. l.* Loccen. *de jure marit. lib. 3. cap. 10.* Curicke *Resolut. quest. ad jus marit. qu. 29.* Joh. Voet. *de Jure milit. cap. 4. n. 17.*

*Respondetur
ad argumen-
ta contraria.*

XXV. Sit in subdito grave fidei & obsequii erga patriam officium, sit & magna erga magistratus justum reverentia, nequicquam tamen hæc valent contra expressum DEI præceptum, quo omnem dolosam hominis eadem severè prohibet,

hibet, quod nemo sine offensione summi Legislatoris & propriæ suæ salutis jactura violare potest. Hanc in rem Gustavus Adolphus Rex Sveciæ, cum quidam Præfectus navis sui temporis se & navem flammis tradidisset, ne in hostis manum veniret, rectè dixisse fertur: *Erga me & regnum masculè & feliciter, erga se ipsum sceleratè egit.* Schwartz. *de jure milit. Svecic. Caroli Gustavi ad Tit. 12. art. 59.* Absit ut finem justum obtineamus, ubi media ad eundem ducentia impia sunt. Reclamat hic æterna veritas: *Non esse facienda mala, ut eveniant bona ad Rom. III. 8.* Et quomodo majus bonum ex incensa nave in suam Rempublicam perveniri potest, ejus vero conservatione hostis validior effici, cum non sit in manu incendientis, ut simul hostium naves flammâ corripiantur, sed sæpe contrarium accidat, ut propria nave perempta hostis validior superfit. Sic & quod nave nostra salva capti inhumaniter tractentur, annon tamen justius & fortius erit hæc tolerare, quam metu futurorum malorum sibi ipsi manum inlicere. Congruè Josephus *lib. 3. de Bello Judaico c. 14.* & Hege-
 sipp. *L. 3. c. 16. & 17.* loquuntur: *Non viri fortis sed ignavissimi esse, se ipsum occidere, propriam manu perire, & à communi omnium animalium natura discrepare. Latrocinium meum esse, si mihi ipsi manus intulero: si hostes beneficium.* Perperam autem à statione alieni militis, & quod Classarius non directo necem suam intendat, factum excusatum cupiunt, quia miles servando suam stationem non sua sed aliena manu se jugulandum prospicit; hic quid magis directè in suam cædem committi potest, quam id principaliter agere, ut desperata sævitia aliquis se hostis crudelitati eximat, quod factum esse & intentione agentis in vitæ ruinam tendit. Planè vero incongruè exemplum Samsonis adducitur, quia in Samsonè instinctus Dei erat, qui per illum miracula edebat; nautæ ex jussu humano quid faciunt. Illius scopus erat, præter ultionem hostium abolere superstitiosos cultus & propagare Divinam gloriam, excursorum maritimorum scopus est, temporale commodum, ruina scilicet hostium. Osiand. *ad Gros. L. 2. c. 19. tb. 5.*
 B. Dn. Stryk *Vol. 2. Disp. 15. de Jure hom. in se ipsum c. 3. no 17.*

Aut navem suam ad extremum defendere jubere possint? aff. XXVI. Longè diversus casus est, quando excuriores, ut ad extrema se defendant, & potius navem suam perire ab hostibus occupari faciant, mandatum acciperint. Hic enim, quamvis cum vitæ periculo paruerint & navis pulvere nitrato concussa sit, criminis tamen aut divinæ damnationis haut postulari poterunt. Mandatum enim tale non ad cædem sibi inferendam datum, nec ea intentione acceptum est, sed ad periculosam pugnam, ubi nave licet fracta, adhuc spes elabendi reliqua, cum ejus pars inferior saluti esse possit, & etiam unica tabula ad vitam servandam sufficere. Mandato igitur tali obtemperandum erit. Æque enim ut illud à Principe obligat, quo cum præsentissimo vitæ periculo locus occupandus jubetur; ita & defensionem ad extremum mandata parere convenit, quia par utrobique ratio est. Stryk. *de Foro conscient. cap. 6. n. 111.* Dn. Schöpfer. *de Officio Præfeti, Castell. ad extrem. obhy. c. 11.*

Excursorum est cavere de-licta, quæ vel vis communia, committantur. Sunt autem delicta alia militaria, litaria. Illa extra respectum ad militiam perpetrantur, & quorum numero sunt, furtum, rapina, injuria, admonitio vel in cultro vel manu facta, abusus in ludo, & inde proveniens specie contra commissio- nalia. XXVII. Ad officium excursorum nostrorum pertinet quoque se abstinere à delictis, & id in primis Exercitori natalia, quæ vel vis communia, committantur. Sunt autem delicta alia militaria, litaria. Illa extra respectum ad militiam perpetrantur, & quorum numero sunt, furtum, rapina, injuria, admonitio vel in cultro vel manu facta, abusus in ludo, & inde proveniens specie contra commissio- nalia. quando plures nautæ oborta procella laborantes in tumultu aliquem ex suis in mare præcipitant, violentia armis adhibita, si possessorem navis ex ea dejiciunt, & quæ sunt alia similia *L. 1. §. 7. ff. de vi & vi arm. L. 3. §. ult. ff. ad L. Jul. de vi publ.* Militaria delicta appellamus, quæ à militibus contra leges militiæ commissa, & vel in genere talia sunt, ut expugnatio navis, quando illa spoliatur, mergitur, dissolvitur, aut funes ejus præciduntur, aut anchora involantur, *L. 3. §. 1. L. 6. ff. de incendi. ruina naufrag.* inobedientia erga superiores, velut armorum abjectio, rebellio, quando navis proditur, arma pro hoste vertuntur. Vid. *Instructie waer na de Capteywen, Officieren, Schryvers &c. mes Commissie van retorsie* *uyro*

*uyravende, bun sullen hebben te reguleren, Hage Comit. d. 21. Jul. 1705. art. 4. §. seq. Stypman, de jure marit. P. 4. c. 16. seq. Erod. Rev. judicat. lib. 10. Tit. 5. §. 6. vel in specie delicta contra tenorem excursionis commissa, ut extractio mercium direptarum, spontanea appulsio cum capta nave in alienum portum, falsum, quod committitur, cum sine literis publicis excursio in mari agitur, vel quando duplici diversorum Principum commissione navis excursoria exercetur, cujus delicti reos Belgæ peculiari nomine vocant *Lorrendrayers* quasi veritatem vertentes & volentes, quod mentientium proprium d. Instructio art. 38. seqq. Ordinatio Danic. von Commiss. Fabreen d. 5. April. 1710. art. 7. §. 8. Malcomel. ad Wesenb. tit. de R. D. p. 62. lit. e. Quod igitur Præsidi civitatis dictum est: Congruè bono & gravi Præsidi curare, ut pacata & quieta provincia sit, quam regit, quod non difficile obtinebit, si sollicitè agat, ut malis hominibus provincia careat, eosq. conquirit &c. vid. L. 130. pr. ff. de Offic. Præsidi. id quoq. ad Exercitores navis excursoriæ pertinet, ne ipsi apud superiores luant delicta aliorum, quos in ministerio suo habent, vel quod gravius ne proprii delicti infimulentur.*

CAPUT V.

De Præmiis & Beneficiis Excursorum maritimorum.

I.

PEdem jam ad alia proferamus, & qui hactenus *Pro exhibitio* de officio excursorum nostrorum solliciti fuimus, *officio excursoribus concessuntur beneficia immunitatis &* nunc de præmiis & beneficiis eorum cogitemus. *foribus conceduntur beneficiis immunitatis &* Ex his multis, quæ olim apud Romanos militibus navalibus concessa leguntur, hodiernis excursoribus servata constant. Illis post triumphum donati- *realibus muneribus sum- rium concedebatur, Liv. lib. 45. c. 42. cui aliquando addeba- rium in cur- riam in cu- riam in cu- riam in cu-* tur immunitas ab omnibus tributis, jus eligendi judicis ad *rum in cur- riam in cu-* lites, nomen amicitriæ, & alia, de quibus agit Scheffer. *rum in cur- riam in cu-* *lita navali lib. 4. c. 30. in f. Excursores nostri ex gratia supe- riam in cu-* riorum privilegio immunitatis à realibus muneribus quandoq. *eriam*

etiam eximuntur, quod præsentî bello Rex Daniæ stabilivit in *Ordinat. sua* vor die *Commisſ.-Fahrer art. 13.* ubi secundum germanicam versionem hæc leguntur: Die Frey-Beuter und Commisſ.-Fahrer / welche solcher gestalt / zuſolge unſers General-Admiral- Lieutenant ausgegebene Commiſion auslauſſen / ſampt dero Rheedere / wollen wir allergnädigſt von Zollen / Conſumption / Uerſe und Laſt- Geld / wie auch andere biſhero im Brauch gewoſene Ausgaben / freij halten. Illis ſi vulnerati fuerint ab hoſte ſumtibus publicis ſuccurritur pro cura, *Edict. Ordin. ſæd. Belg. d. 31o Maij 1697. art. 6. & d. 6. Junij 1702. art. 6. & præda vel ejus pars ex captis navibus conceditur.*

Cujus in bello præda fit quatuor Dd. ſententiæ.

II. De præda belli, cujus jure eſſe debeat, non una eſt Doctorum ſententiæ, ac quilibet ſua opinione aliquid certi ponere conatur, ut Centuriones intelligant, quantum quiſq; vel conſcribendo tyroni, ut nomen militiæ aſſignet, vel conſcripto militi, ut alacritatem & induſtriam ejus accendant, promittere poſſit, vel quantum miles ſperare aut ſibi vindicare debeat. Sunt, qui omnia quæ hoſtibus erepta, ſingulorum militum fieri ſtatuunt, ſine discrimine an publicis an privatis actibus capta fuerint, quia quidem Republica miniſterio ſingulorum militum utitur ad finem victoriæ, non vero directo ad finem promiſcuae capturæ rerum hoſtilium, & quia occasionaliter fit, quod milites capiant, quæ hoſtes in acie, vel domibus habuerunt, inde res captas ad eos pertinere volunt, quoniam ſingulorum etiam periculum eſt. *Textor. in Synopſi Jur. Gent. cap. 18. n. 67. ſeqq.* Alii diſtingvendum putant inter actus verè publicos, qui juſtu imperantium & in publicum uſum fiunt, & inter actus privatos, qui à militibus fiunt occasione belli publici; & per illos Populo ac Principi bellum gerenti res acquiri ſtatuunt, quarum nomine inprimis immobilia intelligunt, per hos vero res mobiles aut ſe moventes militibus ſingulis, ſi extra miniſterium, ſeu liberis & injuſtis excuſibus captæ fuerint, publico vero iterum ſi in miniſterio publico hoſti ademptæ ſint, quia milites in eo miniſterio verſantes perſonam publicam referunt, & propterea non ſuo ſed Reipubl. nomine invadunt, occu-

occupant & possident, quâ cessante functione publica & ministerio civitatis necesse est, ut quoq; respectus iste cesset, quam distinctionem propugnant Grot. III. 6. 10. seqq. Kulpis. Colleg. Grot. ad d. c. 6. S. 2. & Dissert. Academ. VIII. de privat. in host. excurs. S. 17. Porro volunt alii, res captas quidem capientium fieri, illos tamen prius eas offerre teneri superiori suo Duci, ut dividat inter milites pro cujusvis dignitate, & meritis. Fr. Duaren. iii. de A. R. D. c. 3. Deniq; alii simpliciter prædam faciunt ejus, cujus auspiciis bellum geritur, non militum, qui nihil sibi ex bello, quod ipsorum non est, asserere possunt, sed pro opera sua quam locant Principi, stipendiis suis contenti vivere tenentur. Anton. Merenda lib. 2. controv. c. 22. Dn. Budd. Phil. Pract. P. 2. cap. 5. S. 6. S. 5.

III. Sed probabimus in hac sententiarum diversitate non *Rejicitur*
primam veritate niti, quia non minus ministerium publicum *Prima.*
 est, quod impenditur in rerum hostilium capturam, quam quod in victoriæ finem. Etenim cum Princeps eo fine, ut debelletur hostis, operas militum adhibeat, hæ autem faciendæ sint, tam in solennibus pugnis quam singularibus excursionibus, si quid illis hosti ereptum fuerit, id non alia quam publica functione captum dici poterit, quam privati nulla ratione sustinent, sed saltem ipsa Respublica, cujus autoritate illi operam suam præstant, ergo ut huic quoque ex hac sua functione præda obveniat, rationi congruum est. Nec statim ab incommodis, quæ milites in bello subeunt, ad commodum prædæ illis assignandum illatio procedit, quia milites non nisi singulorum actuum incommoda tolerant, ad quæ vel ex perfecta obligatione ut subditi adstricti sunt, vel quibus extraneis pro illis stipendia in compensationem solvuntur. Econtrario ad Rempublicam totius belli moles pertinet, proinde ut erga hanc lucro ab hostibus facto illa compensentur, magis rationi conforme est. Guilielm van der Muelen ad Grot. III. 6. 12. & 13. Nec altera sententia ex vero obtinet. Certum enim est, nullum actum, ut justus fit, à milite in bello geri posse, qui non publica autoritate firmatus est. Sine illa, qui hostium bona invadit, non ut miles
 jure

Secunda.

Jure belli, sed more latronum agit. Nec valet, quod regeritur, non posse in ministerio publico versari, qui procul ab exercitu injustis & expressè prohibitis excursibus prædam ab hoste agit. Nam vi mandati generalis, quod à Republ. dum bellum decernebatur datum est, ejusmodi excursus extra ministerium publicum non sunt. Per id enim concessum est cuicumque civi hostem publicum ubique locorum persequi, occidere, spoliare & modis omnibus hostiliter excipere. Sanè hoc ipso, quando Kulpissus faretur, pœnam milites incurere, quod modo prohibito occupaverint, etiam concedere habet necesse, dominium, quod tali modo acquisitum est, non nisi revocabile esse, siquidem nihil impedit, quo minus summus imperans per modum pœnæ rem acquisitam alicui auferre possit. Ziegl. *ad Groi.* III. 6. 12. & *de jur. Majest.* L. 1. c. 33. §. 77. Puf. *VIII. 6. 21. ibiq.* Hertius *lit. 6.* Tertia sententia ita comparata est, ut sese ipsam evertat. Nam aut res capientium sunt, prout illa vult, aut ad Ducem exercitus pertinent, qui eas postea dividit. Si prius, frustra duci offerendæ sunt, quia nemini per divisionem eripi potest, quod semel ejus factum est; si posterius, falsum erit à singulis capientibus eas acquiri, cum demum ex ducis arbitrio quisq; sua accepturus sit.

Tertia.

Quarta approbatur & missionibus firmatur.

IV. Nobis potiori jure cæteris omnibus videtur palmam præripere postrema sententia, quæ ad solum Principem, qui bellum gerit, prædam pertinere dicebatur, quæ ita quoq; comparata est, ut ea stante sua sponte fluat, si quæ prædam militibus & excursoribus maritimis obveniat, eam non nisi ex beneficio & superiorum voluntate illis accedere. Ejus veritas sequentibus rationibus evincitur, quia 1. miles nihil suo sed alieno nomine agit, qui ideo ut mandatarius aut negotiorum gestor etiam non sibi, sed illi acquirit, cujus nomine agit. 2. Principis sumibus ipsum bellum geritur, ergo ad eum etiam belli emolumentum referendum est. 3. Quia militi ultra stipendium menstruum non præda aut aliud quid promissum est, quo convenit ipsum contentum esse. 4. Abraham, vir sanctus, nobile præjudicium exhibet, qui militem non

Abraham.

non

non ad prædam admittit, nec eam ad militem, sed suum arbitrium partitus est, *Genes. XIV. 22.* Si enim milites jus habuissent in prædam aut aliquam ejus partem, non est credibile, Abrahamum eam illis fuisse erepturum, & ex aliorum sudore & sanguine contra omnem pietatem & justitiam erga alios liberalitatem exerciturum. Ut alia argumenta taceamus, quæ & ad contraria responsiones & multo plura ad rem facientia legi possunt apud Telsmarum *in solidè doctâ Disput. de Pilagio p. m. 78. seqq.*

V. Miles igitur nihil sibi ex præda pro omni labore & navata opera jure promittere potest, sed omnem illam Principis ærario inferre tenetur, & pro illo, quia ita conventum est, fructum non alium fert, quam stipendium & missionem. Atat quem fugit ex suis muneribus aliquem recreari, acceptis obligari posse, & quis adeo exstordati sensus est, qui non ad liberalitatem alterius promptius assurgeret. Igitur memores hujus prudentes Principes tanti non faciunt fructum prædæ, ut eum non potius relinquunt armatæ juventuti ad opus maturandum sibi placandæ. Quos ut id faciant, multiplex movet ratio. Ubi enim militis animus accendendus ad emetiendum aliquod insolitum periculum, aut fessus ille peracto labore reficiendus est, ne in posterum rigorem disciplinæ militaris abhorreat, levandus est actarum prædarum munere. Vid. *Liv. VII. 16.* Quod si fatigatum militem continuus labor ad fugiendum moveat, aut ab hoste ad transfugiendum sollicitatus appareat, etiam necessitas urget, ut concedatur præda. Quando quoque publica æra non fuit, & inopia stipendiorum exercitus laborat, indulgendum aliquando erit, ut miles ex hostico vivat, qui, sicut ubi stipendia procedunt, rebus alienis inhiare prohibetur, ita, quando cessant ea, erit alia via ineunda, ut vitam trahere possit. Telsmar. *de l. p. 101. seqq.*

VI. Cur excursiones nostræ ad prædam participandam admittantur, peculiaris ratio est, tum quod suis sumptibus militent, tum quod præ aliis civibus de bello navali mereant. Nemini enim officium suum damnosum esse debet. Et, quamvis

Miles ex sola gratia Principis prædam lucratur.

Causa quæ Principem ad eam concedendam movet.

Ratio cur excursoribus nostris relinquenda,

quamvis cives civitati ad operas præstandas, fortunam & vitam mittendam, si ejus salus postulet, obligati sint, si tamen aliqui præ cæteris plus operæ in illam contulerint, siq̄ plures sumtus in bellum gerendum fecerint, & majus damnum ex eo sustulerint, aut domi, dum pro laribus & focis pugnarunt, detrimentum incurrerint, jus erit, ut illis vicissim propterea vel stipendio vel præda præ aliis præmium solvatur. Solet autem id præmium Princeps excursoribus statim proponere, ut, quia proprio impendio militant, certi sint, quantum quisque pro tam eximio studio in patriæ usum vicissim sperare possit. Grot. III. 6. 23. & 24. *ibid.* Commentar. Voet. de jure milit. cap. 5. n. 20. Apud Belgas tamen cautum est, ne prius illi ad lucrum prædæ admittantur, quam si Collegio Admiralitatis probaverint, quod navem per pugnam ab hoste occupaverint, & non per collusionem cum eo obtinuerint. Collusione enim detecta, nihil illis ex nave hostis reliquum manet. *Placæet van de premien voor de Commissie waerders deser landen &c. Haga Comitum d. 6. Jun. 1702. art. 5.*

Fines præda à Grotio præscripti, & eorū justa excessio.

VII. Sed ne excessus in præda fiat, ejus quantitatem pro opera & sumtibus certis finibus inclusit. Grot. III. 18. 2. & 3. distinctione inter hostem & civitatem, cum qua trahitur facta. Quia respectu hostis justitia permittit eripere ad usque compensationem ejus, quod vel ab initio belli, vel ex post facto civitati justum bellum gerenti debetur, ad eum modum res hostium ab excursoribus acquiri posse statuit, pro æqui arbitrato, ne iste modus excedatur. Respectu civitatis, à qua impetrata est commissio, illis ex præda repetitionem sumtuum cum quadam compensatione ob pericula concedit, reliqua vult restituenda esse civitati, ut & hic expensi & accepti debita observetur æqualitas. Æqua quidem est hæc sententia, & optandum, ut quisque qui operam navat militiæ his regulis justitiæ insistant, easq̄ pro norma agendi cum hoste observet. Interim fatendum, nimium in casu posteriori licentiam prædandi voluntariorum militum restringi, & posse illis ob liberaliorem operam, quâ erga Rempublicam sunt etiam aliquod pinguis lucrum concedi, inpri-

inprimis quia vitæ periculum non fugiunt, quæ uti inæstimabilis est, ita prædæ inæqualitatem oportet longè modum excedere, antequam ejus ratio habeatur. Quin quia operarum generosior est, quam mercede militantium, non convenit adeò strictè ab illis prædæ & operarum compensatorem exigere, ut eo plures sint, qui ad succurrendum publicis necessitatibus parati stant. Testis. & van der Muelen *ad d. §. 3.* Hanc rationem intuentes superiores prædarum arbitri, moti sunt fortè, ut certas Prisë partes excursoribus suis assignarent, ne sumptuum eos pœniteret & operam suam in bellum contulisse. Prisa vero navis ea est, quæ hosti cum mercibus ibi reconditis ablata, quod vocabulum reperitur in *Confirmat. Privileg. Hansæat. in Angliæ d. A. 1547. art. 4. ibi: tio.*

Prisa quid est vocis derivatio. quod nullam Prisam &c. aliquatenus faciemus, aut fieri patiemur, & tractum videtur ab Italico *Prisa & Ripresa*, quod ibi capturam & reiterationem significat *Peschwitz de Repressal. c. 1. n. 5.*

VIII. Partes illæ pro regnorum & regionum diversitate variant. In Italia captæ navis tertia pars domino victricis *Partium prædæ ex variis locis determinatio.* navis cedit, parem ferunt illi, quorum merces in navi erant, & tantundem hi, qui actu pugnarunt. Consulatus *Maris cap. terminatio.*

285. De Hispaniæ & Galliæ statutis *Grot. III. 6. 24. n. 8.* agit, quæ hic non repetenda. In Dania & Norwegia dimidia pars regi, altera navium instructoribus cedit. conf. *Consilium Hannibalis Seestatiæ circa rei navalis defensionem adornatum, & à Rege 1646. cap. uli. §. 7. confirmatum.* Novissimo Edicto d. 5. April.

1710. partium nulla fit mentio, sed illorum lucro videtur tota navis cum mercibus relinquenda *art. 13. d. Edict.* obligantur tamen ibi excursores, ut pretium centesimæ partis in quavis præda sibi adjudicata pauperibus relinquunt. Illorum etiam arbitrio relictum est æstimationem pro nave prædata à domino ejus accipere, ut illi libera sit navigatio, modo pauperum jus salvum conservetur. Ordines federati Belgii in supra citato *Edicto voor de Commissie vaerders d. 6. Junij 1702.*

art. 1. præmium septuaginta quinque florenorum in quodlibet caput captivorum ponunt, in Edicto autem ab Anno 1705. d. 28. Julij *art. 1.* summam augent, & centum quinquaginta flo-

florenos conftruunt, prænumerandus ante cognitionem, an excurfors omnia fecundum præfcriptam legem peregrint, quia pro facto eorum præfita cautio facit. *ibid. art. 13.* Qui fupremi maris præfecti navigium in potefatem redegerunt, quinquaginta florenorum millia accipiunt; fi navis fit alæ navalis præfecti triginta, fi aliorum viginti, fi centurionis quadraginta tormentis bellicis & amplius inffructa, decem, fi minus, fex florenorum millibus occupantium remunera-
anda venit virtus. Edit. d. 31. Maij Ao. 1697. art. 1. d. 14. April. Ao. 1672. d. 10. Martij Ao. 1674. de quibus videri potefl. Groot Placaet - Boeck Vol. 4. lib. 1. Tit. 7. p. 217. add. Aitzema van Staet en Orlogh P. 1. p. 923. P. 3. p. 358. P. 8. p. 913. P. 11. p. 711. & 744. 866. feqq. P. 13. p. 43. edit. in 4to.
 Si hoftibus per excurfors extorta bona, quæ incolis erepta fuerant, & recuperatio intra 48. horas facta, recuperatoribus quinta pars navis & mercium folvitur. Si intra duplicatum hoc tempus recuperatio fiat, tertia pars, & fi eripiatur navis poft tempus hoc iterum duplicatum, dimidia navis & mercium occupatori adjudicatur. *d. Edit. d. A. 1702. art. 8. Edit. d. 13. April. 1677. Placaet Boeck Vol. 3. lib. 1. Tit. 7. p. 240. feq.* Quomodo apud Algerienfes distribuatur præda, vid. ap. Happel. *Relst. Curiof. Tom. III. P. 2.* ubi fimul notat, fi navis excurforia fine præda redeat, exercitorem officialibus & militibus navis ultra victum non obligatum efle, ut in prædam reddatur magis avidi.

*Ad præca-
 vandam pri-
 vatam navi-
 um fpoliatio-
 nem in Belgio
 promiffa funt
 præmia.*

IX. Ut Ordines federati Belgii ab omni privata fpoliatione fecuras fervarent hoftilium naves, aut ab his recuperatas, excurforibus fuis fub pœna amittendi præmii eam interdixerunt, & pro re nata corporali, nifi apprehenderint in ipfo flagranti conflictu aliquid ex corporis amictu, non pretiofum, utpote gemmas ibi contentas, *Edit. d. 1. Decembr. 1640.* Placaet Boeck *Vol. 1. lib. 2. Tit. 13. Tit. 14. p. 4. p. 982.* Simul tamen conffituerunt, ut pro illa direptione mefonautis folvatur à centum florenis expugnata navis unus cum dimidio, & retineant ex qualibet nave unam anchoram, funem, & ciftas cum inclufis hoftium nautis proprias, *Edit. d. 10. Oßobr.*

Obstr. 1673. d. Placaet Boeck *Vol. 3. lib. 1. Tit. 7. p. 236.* Diversa hæc statuta populorum de præda nosse eo expedit, ut extante lege regni apud populum bello non permixtum controversia de præda secundum eam decidatur, divisioq; ejus instituat, ea autem cessante, ex Jure Gentium communi decisio fiat. *Grot. III. 6. 25.*

X. Casum accidisse legimus anno seculi currentis octavo *Controversia* mense Junio, ubi navis excursoria Dunquerkerana à Flissingana *inter Flissin-* in fugam coniecta se piscatoribus Schevelingæ dederit, in- *ganos et Sche-* ter quos controversia orta, cujus navis illa esse debeat, an *velingia pi-* excursoris Flissingani, an piscatorum illorum? & quamvis per *scatores de* Transactionem Collegii Admiralitatis, quod ad Mosam est, *nave hostium* vendita nave res composita fuerit, tamen juxta merum jus *fugata & de-* naturale ad piscatores Schevelingæ pertinuit, quia hæc *dicta.* acquisitio non derivativa, sed originaria est, ad quam non visio aut conatus sufficit, sed apprehensio requiritur, ut in fera ab uno vulnerata ab altero capta §. 13. *J. de R. D.* hoc jus observatum constat. Et cum inter Chalcidenses & Andrios de insulâ Acantho prius occupata controversia ageretur coram tribus arbitraris, duo horum pro Chalcidensibus sententiam dixerunt, quod illorum exploratores corpore prævenissent Andrios, qui tantum oculis & affectu, teoque in portam urbis immisso insulam prius occupaverant. *Ærod. Res. judicat. lib. 5. tit. 21. c. 1.* Facit pro hac sententia, quod navis quando sedet, amittatur liberum mare; *stehe See-Recht* in quo saltem hosti fas est, illam fugientem persequi, is vero è contrario, cumque in ejus loco sedet, ejus custodiam nanciscitur. Cumque persecutor non animum habet navem in meam, sed suam potestatem redigendi, mea jure erit, quando contra intentionem non in suam sed meam potestatem venerit. Nec possunt capiendi pro jam captis & hosti quaesitis haberi. *Alberic. Gen. Hispan. Advocat. lib. 1. c. 4.* Non dissitendum tamen contrarium lege civili induci posse, ut præda, quæ victoriæ præmium est, *L. 36. §. 1. C. de donat.* non alius sit, quam qui hostem superavit, & ad recedendum compulit, utque præmio dignior judicetur, qui sub mortis periculo cum hoste

conflictatus est, quam ille qui jam fugatum & perditum in suam potestatem recipit.

*Alia inter
excursorem
Belgii & ru-
sticos littoris
Anglici.*

XI. Alium casum durante hoc bello inter fœderatos & Regem Galliæ contigisse novimus. Excursor Belgarum in fugam conjecerat navem Gallicam, sed ejus nauta, ne in manus persecutoris veniat, sponte impellit eam in littus Anglicum ut ibi frangatur, quæstio orta inter littoris rusticos & excursorem belgicum, cui præ altero jus competat ad tollendam navem & merces ejus? utut vero inter hunc & præcedentem casum hæc differentia appareat, quod *Paragr. præced.* inter personas ejusdem regiminis, scilicet unitarum provinciarum, in hoc vero inter illas, quæ diversæ nationis & Reipublicæ sunt, attamen ejusdem belli focios, dissidium appareat, in utroque tamen eadem decidendi ratio occurrit. Ergo hoc casu ad rusticos Anglici littoris navem impulsam pertinere putamus. Ex eodem fundamento, si quis hostem in angustias compulit, ut evadere non possit, ille vero in persecutione impeditus, ut alius eum occupet, hunc capientem potiorum illo esse, certum est. Hert. *Opusc. Tom. I. Comment. de Lyro Sect. 2. §. 7.*

*Abduc alius
casus.*

*Prædæ per E.
M. quæstia,
justo titulo
acquiritur et
possidetur.*

XII. Præda hoc modo ab excursoribus in justo bello acquisita, quin pertineat ad justum quæstum, & salva conscientia possideri possit, cum causæ justæ non nisi sit justus effectus, non est cur dubitemus. Estque hæc occupatio bellica occasio, brevi tempore ad divitias perveniendi, quarum incrementa æquè per eam obveniunt, ac per maria & flumina, & ex historia varia docent exempla, quanta lucra obtineri potuerint per excursionem maritimam. Müller. *in Continuat. des verticillen Europæ P. 5. p. 91. & 173. P. 8. p. 82. 91. seq. Happel. de l. p. 588. & 596.* Insuper adeo certa est rerum harum possessio, ut nec ipse qui eas occupando acquisivit, nec qui titulum ab eo habent, vel domi vel in alio loco possint tanquam malæ fidei possessores conveniri, aut res ab eis vindicari, sed possidentium arbitrio maneant, de illis pro lubitu & proprio nomine disponendi. Nec calamitas, quæ à direptione prioribus dominis accidit, excursoribus tribuenda

buenda est, sed illorum rectoribus, qui in causa sunt, quod detracta satisfactione subditos suos in tanta belli discrimina deduxerint. van der Muelen *ad Grot. III, 6. 2.* Harprecht. *Con- st. 47. Vol. 3.*

XIII. Transeamus ad alia excursorum nostrorum beneficia, & omnia ea, quæ jure Romano militibus data sunt, nostris danda quoque concessa putamus. Cur enim minori gratia habentur illi, qui ex amore pro patria militare stimulantur, & suo sumtu belli difficultates superare satagunt, quam qui à Republica armantur & lautis stipendiis sustentantur. *Iam quoad Voet, de jure milit. cap. 6. n. 4.* Proinde per ea tempora, quibus excursionibus suis incumbunt, nullis bonis aut juribus privandi, quæ diligentia & cura conservari debuerunt, & ita non conservata sunt, sed omnia integra retinent, si quæ interim bonis eorum detracta sint, aut quæ actiones tempore exclusæ, ut nulla in contrarium allegari possit præscriptio. *L. 2. § 3. C. de Restit. milit. & eor. qui Resp. L. fin. C. Quib. non obj. long. temp. præscr. L. 7. § 45. ff. Ex quib. caus. in integr. restit.* Si quæ res horum militum pecunia ab alio suo nomine comparata fuerit, non huic sed militi acquiritur, cujus pecunia res empta est. *L. 8. C. de R. V.* Habent excursores nostri ex debito conventi Competentiæ beneficium, ex quo non omnia bona illis in solum auferrî possunt, sed ad alimenta sufficientia relinquî debent. *L. 4. ff. de Castrens. pecul. L. 6. 18. ff. de Re judic.* Si illi filiifamilias adhuc sint, castrense peculium habent in bonis, quæ per excursionem maritimam vel ejus occasione acquisiverunt, & in illis pro patribus fam. habentur, propriæ dispositione gaudent tam inter vivos quam ultima voluntate. *L. 1. C. L. 5. 16. §. 1. ff. de Castrens. pecul. L. 7. §. fin. ff. de donation. L. 11. ff. de Testam. milit. conf. Burger, Observ. Po- lit. Milit. Cent. 1. O. 40. § 41.*

XIV. Jura hæc sunt, quæ actus inter vivos respiciunt. *Quam actus* Omnino & illa quæ ultimam voluntatem concernunt excursoribus nostris concedenda sunt, nam etiam quoad hæc pro illis militat eadem ratio, quæ pro aliis militibus ad pugnam periculis & armorum occupatio, quæ impedit

pedit adhibere tot prolixas & scrupulosas solennitates, quæ alias ad testamentum Pagani necessariae sunt. B. Stryk. *de Cause vel. Testam. cap. 9. §. 4.* Huber. *Prel. ad Inst. de Milit. testam. §. 9.* Hinc sufficit, si testamentum suum excursor propria manu exaraverit, ut non uno contextu conditum, aut nulli testes adhibiti, vel adhibiti non rogati, nec ab illis tabulae testamenti subscriptæ aut subsignatæ fuerint, sed saltem in vagina aut clypeo literis etiam sanguine suo rutilantibus voluntatem suam ediderit. *L. 15. §. passim et ff. Et Cod. de Milit. testam.* Nec ad alias solennitates, quæ quoad dispositionem aut infirmationem ultimi elogii alioquin observandæ sunt, nostros excursores adstrictos putamus. Adeoq; liberos suos consulto præterire possunt *L. 9. §. 10. C. d. r. heredem in diem aut ex die instituere, & pro parte testati pro parte intestati decedere L. 6. 15. §. 4. L. 37. §. 41. C. eod.* nuda voluntate testamentum suum infirmare *d. L. 15. §. 1. & prius cum posteriore conservare, quatenus per hoc priori haut derogatum cupiunt, L. 19. ff. eod.*

An excursoribus debeat salutatione velorum depreffione.

XV. Cum beneficiis & præmiis etiam honor adjungatur, utpote qui virtutum comes est, & à Romanis Jctis pro præmio æstimeretur *L. 1. §. 5. ff. de Extraord. Cognit.* non abs re erit despiciere, an demissione velorum etiam navis excursoria ab alia præternavigante nave salutanda sit, cum mos ejusmodi salutationis inter gentes aliàs observetur, quoties civitatum aut Rerumpublicarum naves castellum, classem vel navem Regis transfretant, ut eo Majestas Domini maris cum quadam reverentia agnoscat, cujus omissio sæpe discordias inter illas peperit? Franckenberg. in *Europ. Herold/ Borberich* p. 26. Pufend. *Comment. Rev. Brandenb. lib. 9. §. 68.* Dn. Cornel. van Bynckershoek. *de Domin. mar. cap. 5. p. 39.* Pro affirmanda quæstione ratio afferri potest, quod navis excursoria navis bellica sit, cui iste honor exsolvitur à nave oneraria seu mercatoria. Sed cum econtrario salutatio illa non fiat, quam ab amicis & tempore pacis, ubi humanitatis jura observantur, excursor vero quamlibet navem sibi occurrentem habeat pro hostis, quem bellum à jure humanitatis aliisq; socialita-

tis officiis erga hostem suum eximit, major nobis ratio videtur, ut hunc honorem illi denegemus. Cur enim erga illum adhuc honoris signis uteremur, qui sub cominatione hostilitatis inferendæ tormenti explosione aut alio signo ad cursum sistendum nos obligat, & ne nos invadat stare jubet, ut personas & merces nostras in navi inquirat supra *cap. 4. §. 2.* qui minimum tandem, si non in prædam suam nos verterit, cum temporis jactura dimittit.

CAPUT VI.

De Excursorum nostrorum Judicio.

I.

HUc hæc officium & præmia excursorum, quæ *Super officio* hæctenus consideravimus, adeo jugiter coherent, *et præmio ex-* ut alterum sine altero non *est*, sed impositum, *cursorum co-* ab illis officium fiat, ubi præmia proposita, & *gnoscendum* hæc exsolvantur, ubi ad præscriptam legem *est ab Admi-* cursio peracta. Utrumque cognitionem postulat, an ita *ralitate vet* cursio facta, & an res capta talis sit, quæ præmio destinata, *alia delegato* quam solus sibi sumit ille, qui facultatem ad incursum faci- *judice.* endos dedit, qualis est supremus maris dominus, aut is, cui navalis Jurisdictio delegata, utpote Collegium Admir- litatis, vel Judex alius portui vicinus, in quo Admiralitas non invenitur. Isti enim Collegio peculiare forum concessum est, ut ad id devolvantur causæ ad justitiam & disciplinam navalem facientes, & ibi querelæ exponantur, quod excursorum non hostibus sed amicis bona sua diripuerint. Vid. *Privileg. Statuum Societat. Indicæ in Belgio d. Ao. 1621. d. 3. Jan. art. 44. Memoir. de Mr. d' Estrad. Tom. IV. p. 7. 16. 20. & Vol. I. p. 160. 271. 277. 302. 307. 347. supra cap. 2. §. 12.* Et quia fieri potest, quod illi cum capta nave in portum aliquem appellant, ubi Admiralitas non est; supremi Principes vicinis portus judicibus hanc Jurisdictionem dant, quod possint super controversia prædæ aut alia navali cognoscere, ut sine mora

mora definiatur illa *Ordin. Danic. vor die Commis. Faber d. 5. April. 1710. art. 10.* Hinc commune hoc habet præda navalis cum terrestri, quod uti hæc cognitioni Ducum offerenda, ita & illa Collegio Admiralitatis, vel delegato judici. *Holländisch Kriegs-Recht artic. 63. & 64. Jus Danic. milit. art. 126. seq.* Utroque enim casu eadem ratio obtinet, ut spolia à la-sciviente milite innocentibus non inferantur, qui alias bello indicto impunè spoliare sibi integrum esse putat.

Omnis ta-
men cognitio
summariter
facienda, sal-
vâ appella-
tione.

II. Atat ne uno malo vitato fortè alterum oriatur, & in quorum gratiam videbatur constitutum, ne excursorum arbitrio spoliarentur, illi Processus incommodis vexentur, omnis cognitio, quæ super præhensâ nave instituitur, summariter & levato velo tractanda est, & intra breve tempus expediendum, an directum pro præda habendum an dimittendum sit. Hac de re Ordines fœderati Belgii in *Edicto d. 1705. d. 28. Jul. Haga Comit. art. 27.* his verbis discretè caventur:
 „ Diet gedaen wesende, sal het gemelde Collegie ter Ad-
 „ miraliteyt, sonder eenige andere Stuecken of Documen-
 „ ten te admitteren, ten minsten binnen andere drie mael
 „ vier en twintigh uyren het overgediende examineren,
 „ en bevindende dat de Prinsse qualyck ende ton on rechte
 „ is genomen en op gebracht, de selve de facto, ender son-
 „ der eenige veerdere forme van Process, Kostende Schade
 „ loos onttaen, sonder verder Vorvolgh, ende Koffen en
 „ Schaden met reële en parate executie doen verhalen, tot
 „ laste van de Borggen ende de Rederye. In eodem *Edicto*
artic. 32. omnis etiam audiendus dicitur, qui exceptione qua-
 dam jus suum contra prædam factam defendere paratus est,
 modo intra tempus præfinitum id faciat, quod sub pena
 præclusi observandum ibi injungitur. Et ex eo quoque for-
 ma procedendi quodammodo colligitur, de qua etiam con-
 suli potest *Ordinat. Danica art. 9. seqq.* Quod si sententiâ in-
 ferioris Admiralitatis aliquis gravatus fuerit, per instantiam
 appellationis ei quoque prospectum est, sed ut iterum sum-
 mariter & sine strepitu forensi apud Superiorem in causa pro-
 cedatur. *d. Ord. Dan. art. 12.* vid. Alberic. *Gentil. Hispan. Advocat.*
 L. 1. c. 210

III. Tol-

III. Tollendæ difficultati, quæ inter excurforem & dominum captæ navis est, magnam partem certificatio inservit, qua fidem facit, cujus populi navis sit, & cujus generis sint merces. Nam eam impetraturus, si navis Exercitor est, jurare debet coram Magistratu loci sui, quod navis pleno jure ad ipsum pertineat, quodq; ipso sciente nulla hostium personæ aut merces in eam receptæ sint, & si est dominus mercium itidem jurat, quod merces impositæ ad ipsum solum pertineant, nec eas velit ullo prætextu suis tantum annu-merare, donec in salvum perlatæ, deinde vero hostibus relin-
Judex informandus ex Certificatio- ne & literis Magistratus ex loco navis.
 quere. Vid. de Certificat. Ordin. Dan. d. 23. Septembr. 1659. art. 1. & 2. Qua facta jurata assertione, testatum facit Magi- stratus loci, ex quo navis est, quod ista ex loco, die & anno- norato cum mercibus non contrabandis, sed quarum inventa- rium meminit, velificata ad locum in certificatione expres- sum, quorum omnium in majorem fidem sigillum magistratus apponitur. *Tract. Marit. int. Ludovic. XIV. R. Gall. & Civit. Hanseat. d. Av. 1655. art. 6. Tract. Commercio int. R. Hispan. & Ci- vit. Hanseat. d. Av. 1607. art. 2. Müller. Continuat. des vertoirren Europâ P. 6. p. 466. vid. supra cap. 4. §. 2. Insuper literis ab isto Magistratu, Principes & Superiores, quorum maria transitura navis est, rogantur, ut soluto consueto vestigali cursum ejus promoveant, qui in pari passu se paria facturum illis polli- cetur, quarum literarum formulam, Formular des See-Vrießs appositam videmus in calce *Tr. Marin. int. R. Hispan. & Ord. fed. Belg. de 17. Decembr. 1650. & in fine Placæet op' her stueck van Waaren van Contrabande en Commerce op' s Vyants Landen de 28. Julij 1705.**

IV. Certiorato judice ex inspecta certificatione de nave & mercibus, porro inquirendum est, an excursores præscri- pto munere functi sint, an græca fide mercati, & res depre-
Inquirendû quoz, an ca- pta res om- nes ad sint, qua nec es- fringi, nec celari debent
 datas aperuerint, celaverint vel aliter distraxerint. Hoc ne-
 fiat à Superioribus diligentissimè cautum est, ut ex dicto
Tr. Marin. R. Gall. art. 4. his verbis apparet: S' il arrinoit, qu' un Vaisseau charge desdires marchandises de contrebande, ne pour ronts

L

ronts

„ ront lesdits Capitaines faire ouverture ou rompre les co-
 „ fres, malles, balles, bougettes, tonneaux ou autres cais-
 „ ses, ni les transporter, vendre & eschanger ou autrement
 „ aliener, qu'elles n' ayent esté descendues en terre, qu'
 „ en la presence des Juges de l' Admirante, apres inven-
 „ taire par eux fait desdites marchandises, trouvées dans
 „ les dits Vaisseaux. Et pari lege isti malo Belgæ occurrunt
 „ in Instrukcione sua *Waer na de Capiteynen, Officieren, Schryvers*
 „ *en Bootgesellen, met Commissie van retorcie uytvarende hun sullen beh-*
 „ *ben te reguleren d. 28. Jul. 1705. art. 38.* hoc tenore: Niemande
 „ sal sich ver vorderen by het veroveren van eenige Prins
 „ of Prinzen, van wat conditie die oock souden mogen we-
 „ sen, te openen eenige Kassen, Kisten, Paken, Varen, of
 „ hoe men die soude mogen noemen, daer de Koopman-
 „ schappen in souden mogen wesen, 't zy Gout of Silver,
 „ gemunt of ongemunt, of wat het anders soude mogen
 „ wesen, met geweld of ander sins, 't zy die in het ruym
 „ ofte op den over loop gevonden werden, op de verbeurte
 „ van alle hare Gagies ende Buytgelden. In utriusq; vero
 „ Constitutionis articulis sequentibus pari cura actum est, ut
 „ nemo excursorum merces ullas celet directè vel indirectè, per
 „ se vel per alios abscondat, nedum illi mercatoribus ven-
 „ dant, permulent aut lucrativo titulo offerant, donec pro
 „ mercibus contrabandis à iudicibus declarata fuerint, sub pena
 „ confiscationis in contravenientem statuenda. In Danica ta-
 „ men Ordinatione *artic. 7.* casus necessitatis excipitur, ut qui
 „ premitur ea, ex nave occupata annonam & apparatus bel-
 „ licum capere possit, sub lege connotationis rerum ablatarum
 „ manu Capitanei confirmata, quæ nautæ danda, ut, quando
 „ navis ab Admiralitate libera declarata fuerit, aestimatio illa-
 „ rum nautæ solvatur, quando vero confiscata fuerit, quilibet
 „ qui abripuit, tantum sibi in prædæ suæ portione detrahi
 „ patiatur.

*Exceptio
 quadam.*

Sententia V. Peracta cognitione & ventilatis utro citroq; causis,
contra excur- sententia superest, quâ controversia deciditur. Ea si con-
tores eos ad tra excursores lata sit, obligat illos ad omne damnum resti-
da- tuendum

fituendum, quod contra legem datam amicis intulerint, cum
 omnibus impensis intra brevem dilationem boni viri arbitrato
 exsolvendis, cum et si non in dolo fuerint, culpa tamen ad
 restitutionem sufficiat *d. Ordin. Dan. art. 11. Grot. II. 10. 5.*
 Sed an Exercitores navis excursoriæ etiam teneantur ad da-
 mnum refarciendum, quod amicis illorum Capitanei aut alii
 præpositi intulerint, videntur in utramq; sententiam argu-
 menta pugnare. Negativa placuit Ordinibus Hollandiæ in
Consult. Advis. P. 5. Consult. 1. p. 1. quia prohibuerunt expressè
 ne noceant amicis, & excessus mandatarii mandantem non
 obligat. Verum cum læsis præjudicari nequeat per id quod
 actum inter exercitorem & ejus capitaneum, & excessus man-
 datarii omnino imputandus mandanti, quando tertii culpa
 non præcessit, ut læderetur illo, contrariam sententiam ma-
 jori jure suffultam putamus, quâ læsis exercitores ad damni
 restitutionem obligati sunt. Navi enim suæ præponendo ho-
 mines, eorum industriam approbant, quorum culpa ne-
 mini quam exercitori imputari potest *L. 1. §. 10. ff. de Exerci-*
torib. Fontanella Decis. 243. n. 20. Et quia hunc in finem ab exer-
 citoribus cautum est, quod damna à navi suæ præpositis illata
 refarcire velint *cap. 2. §. 17.* isti cautioni parendum quoq; erit.

VI. De summo magistratu an & quatenus de tali damno
 à læsis conveniri possit, pariter disquiritur? & quamvis eadem
 ratio rectores civitatis obligare videatur, quod peccent ipsi
 utendo malorum hominum opera, nec cautionem exigendo
 ab excursoribus privatis de perseverando intra fines præscri-
 ptos; responsum tamen est, eos in nihil amplius teneri, quam
 ut noxios si reperiri possent, puniant aut dedant, præterea
 in bona raptorum jus reddi curent. Nam ipsos injustæ
 prædationis causam non fuisse, nec quicquam de ea partici-
 passe: prohibuisse etiam legibus, ne noceretur amicis. Cau-
 tionem ut exigerent, nullo jure fuisse obligatos, cum pos-
 sent etiam sine codicillis omnibus subditis hostem spoliandi
 potestatem facere: neque talem permissionem causam esse,
 cur damnum datum amicis, cum possint privati etiam sine
 permisso tali naves armare, & in mare progredi, quippe jure
 belli

*damni dati
 restitutionem
 obligat.*

*Ut & eorum
 Exercitores.*

*In quantum
 Magistratus
 ex damno a-
 micis illato
 obligetur.*

belli cuiq; privato facultatem omni ratione & modo hostibus nocendi & damnum adferendi concedi. Mali vero a futuri illi essent, prævideri non potuisse: neque vero vitari posse, quo minus & malorum opera utantur, alioquin nullum colligi posse exercitum. Jam ut sine culpa sua ex ministrorum factio quisquam teneatur, non esse Juris Gentium, ex quo dijudicanda esset hæc controversia, sed juris civilis, nec generalis, sed adversus nautas & alios quosdam ex rationibus peculiaribus introductum. Grot. II. 17. 20. Loccen. de jure maris. L. 2. c. 3. §. 5. Kulpis. de privat. in host. excurs. §. 22. Cum igitur Anno 1676. Rex Angliæ pro suis subditis Galliarum excursoribus impetitis intercederet apud Regem Galliarum, is exemplo suo hæc firmare voluit, & cum navium direptarum copia esset, eas Anglis restituere iussit, ultra verò quam ut illis in posterum tuto navigare liceret, nullo vinculo sese obligatum voluit. Müller. Continuat. des Verstoterten Europæ P. 8. p. 249. seq.

Quando hoc nomine in re VII. Si autem in nullo horum magistratus læsis succursum Repres- nec puniat, nec in bona eorum jus reddi curet, non male salia fieri: contra eum repressalias adhibentur. Sunt enim illæ extremum inter Gentes medium, quando justitia denegata vel protrahenda est, & tamen non statim ad bellum rem odiosam decurritur, quia repressaliatis bonis subditorum magistratus facilius adigitur, ut afflictis jus administret, cum ad Regentium bona non tam facilis aditus sit. Gröning. de Navigat. libera cap. 21. Quare cum Anno 1656. Gallorum excursores insolentius in Belgarum naves processissent, & sine discrimine, etsi nec hostium merces veherent, nec in portum eorum navigarent, pro præda sua occupassent, in omnes vicissim naves, qui talia molirentur, Status Belgii repressalias decreverunt, sive Gallorum sive aliorum populorum essent. Aitzema van Staat en Orlogh ad de A. T. VIII. p. 653. edit. in 4to.

Navis pro præda declarata quomodo ad præbendam VIII. Si ex adverso per sententiam navis & merces hostium esse declaratum fuerit, ex illis jam partes cuique ad præbendam Commu-

Communitè in adjudicatione modus adhibetur, quod bona direpta sub hasta vendantur, & pecunia ex illis redacta pro rata meritorum, operarum aut impensarum inter excursores distribuatur. Qui modus inter Gentes receptus videtur, ne specierum inæqualitate vel dolosa rerum interceptione exercitorum alter præ altero, aut qui excursioni faciendæ operam navarunt, nimium gravetur. In Gallia statutum est, *In Gallia* quod navium direptarum magistri possint in rebus distractis *ius redimen-* jure protimiscos uti, si idem pro illis pretium, quod alius *de ratio.* obtulit, exsolvere parati sint *d. Tr. int. R. Gallia & Civit. Han-* *sest. art. 5.* Si evenierit, quod nihil hostibus ereptum fuerit, *Excursores* quem vel in mari non offenderant excursores, vel cum *ob damnum* tentiore confligere non ausi fuerant, & potius ipsi hominum, *perpeffum ad* armamentorum navis *L. 3. §. 1. ff. de R. V. L. 6. ff. ad L. Rhod. indemnitate* de jact. aut totius navis intolerabile damnum incurrerint, *non habens* nullus propterea ad indemnitatem vi mandati contra *superegressum.* regressum illis erit. Contractus enim, qui inter ipsos & superiorem celebratur, fortius est, in quo omnis damni & lucri eventus incertus, cujus proinde læsio non attenditur, *Henel. de Dotalisio cap. 6. §. 11. in f. Mev. Confl. 27. n. 67. seqq.* Hinc, ut emptione spei celebrata, damnum æquo animo fert emptor, quando nihil captum, & venditor, quando magna quantitas ultra pretium capta, *L. 8. §. 1. ff. de C. E. V. L. 12. ff. de A. E. L. 10. ff. de Hered. vel act. vend.* ita ultra quam conventum est, dominus navis propter damnum emergens nihil prætereundum valet. Per assecurationem tamen subveniri posset *il- Nisi assecura-* *ta navis.* his, qui sumtibus suis navem excursoriam in hostem immit- *tunt; si fato inausu perditæ fuerit.*

IX. Ad cognitionem Judicii hujus pertinent porro delicta *Pœna effra-* excursorum, & ejus autoritate pœnæ decernuntur contra *tionis, veru* *caprarum,* cinorosos, ut qui legibus & præmiis in officio contineri non *navigationis* possunt, tamen metu pœnæ à delictis patrandis devocentur. *in alienum.* *Edict. Ord. Belg. d. 28. Julij 1705. art. 22.* In specie extractio in *caprarum* *injuriarum* captarum mercium amissione lucri mulctatur, quod quis ex *portum,* & præda sperat. *Ordinat. Danic. art. 7.* Qui navigat in *injuriarum* *capras.* quam assignatum portum, ut prædam ibi vendat, incurrit *capras.*

capitis poenam, nisi, quod non sponte sed tempestatu necessitate id factum fuerit, ejus Admiralitatem suam in tempore monuerit. *Edict. Ord. Belg. d. 9. Aug. 1658. Groot Placaet Boeck Vol. 2. lib. 4. Tit. 26. part. 2. p. 500. seqq. Instructie Waerna de Capiteynen &c. met Commissie van retorsie uytvarende hun sullen hebben te reguleren d. 28. Jul. 1705. art. 40.* Si magistris navium mercatoriarum, nautis & vectoribus illarum atrociam & barbariam spirantia excussores, quando in eorum potestatem redacti sunt, intulerint, etiam severius plectendi sunt. Contra hoc delictum in *Tract. Marit. int. Carolum II. Reg. Anglie & Unir. Prov. Belg. d. 1. Decembr. 1674.* talis poena statuta legitur:

„ Conventum est, quod tam Regia Majestas, quam Domini
 „ Ordines Generales istiusmodi flagitia prorsus inhumana
 „ sanctionibus severissimis prohibebunt, & quotquot legitimi
 „ probationibus talium factorum convictos ostenderit,
 „ debitis & justis poenis, & quae in terrore sufficienti, in
 „ eos animadverti curabunt, omnes navium Praefectos &
 „ Officiales, per quos hujusmodi flagitia admittenda fuisse probabitur, vel proprio ipsorum actu vel alios ad ea perpetrandum instigando, vel connivendo dum perpetrantur, praeter alia supplicia pro delictis eorum instiganda, a munere quemque suo statim amoveri jubebunt; & qualibet navis in praedam abducta, ubi nautae aut vectores torturam aliquam perpesi fuerint illico dimittetur, & ab omni ulteriore excussione aut impetitione tam judiciali quam extrajudiciali cum toto onere suo liberabitur.

Pena eorum qui nulla aut duplici commissione excursiones faciunt.

X. Stelliones marini Belgis *Lorrendrayers*, qui ementitis signis, aut praetensa commissione, quam non habent, in hostes excurrunt, piratis similes estimantur. Docuit enim experientia, quod sub praetextu Commissionis saepe hostis excursoribus usus pro exploratoribus & cum illis colluserit. Quod advertentes Ordines foederati Belgii *Edicto d. 23. Octobr. 1690.* statuerunt, nemini dandam esse commissionem, nisi prius navium Exercitores cum suo Registratore in persona coram Admiralitate comparuerint, & mediante juramento asseruerint, quod nemini mandaverint nec mandaturi sint agendi extra

extra id, quod in Commisſione permiſſum eſt, ſcilicet nocendi ſaltem hoſtibus, non cum hoſte colludendi, quia hoc fieret contra ſalutarem intentionem Statuum, quæ unica eſt, ut per illam particularem armaturam vires hoſtium inſtabiles efficiantur. In contrafacientes Exercitores & Regiſtratores pœna infamiæ ſtatuta eſt, excluſio ab omnibus officiis & navis ſuæ publicatio. Capitanei autem & qui incurſus fecerunt, ad inſtar piratarum mortis ſupplicio puniuntur, & bonorum conſiſcantur. Groot Placaet. Boeck Vol. 4. lib. 1. tit. 7. add. Tr. Pac. int. Alph. Reg. Portug. & Ord. Gen. Belg. Haga Com. 1662. art. 6. in f. Reglement voor de Kruiſers d. 10. 1643. art. 13. apud Aitzem. P. 2. lib. 23. p. 920. & P. 3. L. 32. p. 765. His Stellionibus à pari fraude aſſociantur illi, qui duplici commiſſione diverſorum Principum aut hoſtium inter ſe utuntur, quos proprio nomine *Forbans* dicere uſus loquendi permittit. Hubner. im Realen Staats- und Zeitungs- Lexic. d. voce-
 quorum fœda lucrandi cupido & perſidia erga Committentes ipſos turpes & ſcleratos reddit, ut æquè damnentur ac illi, qui duabus militiis funguntur L. 10. §. 1. C. de Proxim. ſacror. ſerim. L. 5. C. Qui milit. poſſ. vel non lib. 12. Ediſt. Unit. Belg. d. 28. Julii 1705. art. 5. & 6. Inde & piratis æquales habendi, & eorum naves tormentis concutiendæ, eaq; penâ qua Pirata aſſi-
 ſciendi, quæ ut capite primo dictum, ultimum ſupplicium eſt. Ediſt. Ord. Belg. d. 29. Januar. 1658. & 1661. art. 3. Placaet Boeck Vol. 11. lib. 4. Tit. 26. Part. 1. p. 499. Theatr. Europ. Tom. VIII. p. 936. ſeq. & Tom. X. p. 499.

XI. Tandem cum pace facta omnes inquietationes bellica ceſſent, & concordia redeat, animique ad placiditatem componantur, etiam omnes excuſiones maritimæ exſpirare debent, ne illis continuatis cauſa fit de rupta pace querendi. Hanc in rem inter Carolum XI. Reg. Sveciæ & unitas Provincias Belgii Tr. marit. d. 26. Nov. 1675. art. 14. Tom. IV. Tr. Pac. pag. 371. conventum extat: Quemadmodum vero exiguum penè pro ſecuritate Commerciorum & navigationis, quæ pactis hiſce intenditur, actum videbitur, niſi à reliquarum etiam partium Armatorii inſeſtationibus, Com-

*Pace facta
 revocanda
 ſunt excuſo-
 ria naves.*

miſſie

missiveaerders dictis, mare omnino liberum evadat, ita proinde desuper in majorem horum pactorum observantiam, utrinque conventum est, ut tam à parte Sacrae Regiae Majestatis, quam Celsitudinum Dominorum Ordinum Generalium omnis cura studiumque impendatur, quo suos uterque confederatos ad consimilem dictarum infestationum prohibitionem, quam fieri poterit ocius persvadeant, quemadmodum certa satis spes etiam affulget, eas ad negotium tam salutare induci posse. Idem repetitum à dictis duabus Potestatibus *Tr. Commerc. d. 1679. art. 14. in Theatr. Europ. Tom. XII. p. 19.* Quod cum ita sit, ad officium Admiralitatis aut aliorum Judicum hoc in casu pertinet, ut serio cessare faciant in posterum omnes excursiones maritimas, earumque naves domum revocent, ut pax servetur etiam à singulis, quae servanda classibus & exercitibus singulis imposita est. Expediri autem id solet mandatis revocatorii, etiam sub pena arbitraria, si excursores non paruerint. *Edict. Ordo Belg. d. 8. Januar. 1691. d. 6. Nov. 1691. d. 25. Nov. 1692. d. 13. Nov. 1693. d. 28. Mart. 1695. d. 19. Octobr. 1695. Groot Placaet Boeck Vol. 4. L. 10. tit. 7. p. 215. seq.*

*Quid si ante
publicatam
pacem nocu-
erint.*

XII. Sicut vero ante publicationem belli nemini ut hosti ab excursoribus vis inferri potest, nisi sit, quod ante ejus declarationem quisiter marinum cum mercibus veteris ingressus, & cum illis postea in mari deprehensus fuerit, quo casu, ne ad hostes veniant, excursoribus eas detinere, sed tamen ut redimentibus pro justo precio iterum relinquunt, quandoque permittitur *Ordin. Dan. vor die Commis. Fahrer d. 5. Aprilo 1710. art. ult. in f.* ita post conclusam sed nondum manifestatam pacem olim hostibus erepta bona non amplius retineri possunt, sed priori domino restituenda sunt, cum finito bello necesse sit omnes ejus effectus quiescere. *Grot. III. 20. 200 Alberic. Gentil. Hispan. Advocat. lib. 1. c. 16.* Id vero, ne causam querendi excursoribus præbeat, in pacis articulis caveri & verbis disertis exprimi solet, quod observatum legimus in *Tractatu Pacis inter Regem Sueciae, & Civitatem Lubecensem Anno 1570.* cujus verba sunt: *Und da sichs jutrüge/ das nach*

Die Zeit dieses Vertrags und doch ehe denn der Friede aufgerufen /
 ein Theil dem andern an Schiffen / Geschütz oder sonst beweglichen
 und unbeweglichen Sachen nichts abnehmen würde / sol dasselbe
 alsbald / wenn die Austündigung des Friedens geschehen ist / ohn
 alle Entgeltniß wieder abgetreten / restituiret und eingeantwortet
 werden &c. Idem observatum in sequentibus temporibus patet
 ex Tr. marit. int. Ludov. XIV. R. Gall. & Civit. Havseat d. A. 1653.
 art. 12. Tr. Pac. int. Cromwell & Unit. Provinc. Belg. d. 5. April. 1654.
 art. 3. vid. *Traat. Pactis* Tom. 3. p. 647. Nec minus, quod de
 pace dictum, etiam post inducias initas observandum venit
 Quamvis enim inducie ipsos contrahentes saltem mox a tem-
 pere contractus obligent, subditos autem demum cum pu-
 blicata ad eorum notitiam venerint, actus tamen belli statim
 ac illæ inita fuerint effectum suum perdunt. Quare quæ ex-
 emptio ab illarum obligatione subditis concessa est, ultra li-
 berationem à poena nihil illis tribuit, utpote adhuc tum igno-
 rantibus, quod à rigore belli interim abstinere debeant, res
 autem prioribus dominis ademptæ restituendæ sunt, quia non
 poterant jure induciarum adimi Grot. III. 21. 5. Brunn. de Pace
 Polit. Dissert. 5. th. 70. Eo nomine apud Livium 306. 310. legitur:
Scipio repetit nares per inducias expugnatas.

*Et quid si
 post inducias
 nondum ma-
 nifestas.*

CAPUT VII.

De Praesidiis contra Excursiones maritimas.

I.

Praesidia jam expendamus, quæ navigantibus contra
 invasionem excursorum maritimorum competunt.
 Primum erit illud, quod cuiusque animantium à na-
 tura commendatum est, propria scilicet defensio,
 ad quam non docti sed facti, non instituti sed
 imbuti sumus, quamque facundis verbis Cicero pro Milone apud
 Judices probat: *Non potestis inquit, hoc facinus improbum judicare,
 quin simul judicetis, omnibus, qui in latrones incididerint, aut illorum
 cæcis aut vestris sententiis esse percundum.* Ideo enim manus à na-
 tura

*Primum
 praesidiū con-
 tra excursio-
 nes est pro-
 pria cuiusque
 defensio.*

M

tura

tura homini datæ sunt, ut quando verbis & rationibus pacem sibi conciliare nequit, vi quoque defensionem suam adstruat, quippe armis parandis tractandisq; manus inserviunt. Quod igitur à natura datum est omnibus, id singuli invasi cum injuria ad propullandam excursorum violentiam usurpare non possunt, sed & apud illos istud Marcelli 23. 2. valet: *Irruentibus armis externis lex una est & perpetua, salutem omni ratione defendere*, quod exemplis à variis navigantibus contra tales hostes ex hoc jure defensis illustrari potest ex *Theatr. Europ. Tom. III. p. 586. seq. Tom. X. p. 95. & 428. & ad An. 1671. p. 597. & 606. Müller Continuat Des der vierthen Europa P. 8. p. 189. 636. 639. Erhebdomadariz Relationes ad die 4. April. anni currentis ex Genoua pugna duarum navium belgicarum cum Gallico Capiteo navis excursoriz mentionem faciunt, ex qua hic fauciarus in nave sua concussa cum jaçtura decem occisorum multorumque vulneratorum in portum Genuensem appulit.*

*Pœna pugna-
re nolentium*

II. Quoniam vero ut conservetur navis, tam omnium in ea quam singulorum refert, omnes & singuli etiam ad hanc defensionem obligati sunt, ut qui eam intermittit, reus fiat damni quod exinde toti navi accidit. Hinc in *Ordinat. Hanseaticæ Nauticæ Tit. 3. art. 12.* adversus Nauclerum peculiariter statutum est, si contigerit à pirata illum invadi, & spes sit nauclerum cum suis nautis auxiliante Deo omnipotente illi resistere posse, nautæque ad hoc parati sint, sed Nauclerus dimicare nolit, quod huic posthinc nulla navis regenda committi debeat, sed honore suo privandus & infamis habendus, ac in Civitate nulla Hanseatica amplius tolerandus sit. Quod si nautæ ipsi nauclero dimicaturæ assistere recusent, & ita navis ab hoste capta sit, ipse nauclerus extra pœnam est sed nautæ relegatione vel in corpore puniendi *Statut. Hamburg. Tit. 14.*

Valentiam art. 43.

*insidiæ con-
tra excursor-
es. Singula-
ris Belgarum
casus.*

III. Sive vero vi sive fraude & astu contra excursores navis invasa salutem suam expediat, æquè valet, cum nihil referat ad belli justitiam utrum aperta pugna an insidiis hostem vincamus, vide *Josue VIII. 3. seqq. Judic. XX. 29. seqq. Memorable casu Amstelodamo à die 26. Januarii anni currentis in Rela-*

Relationibus hebdomadariis ad nos transcripto dicta illustrabimus. Nauta Belgicus Moscoviam tendens in itinere à Gallico excursore capitur. Excursor ille in captam navem undecim suorum transfert, & novem Hollandorum ibi retinet, jactatur deinde ad mare Germanicum, & per aliquot septimanas navis ita circumagitur, ut postremo vivendi remediis carere incipiat. Exinde Galli Hollandos commovent, ut ad proxima littora navem suam deducant & vitæ omnium consulant, qui vero ad littusoticum prope Edenburgum & sic amicos suos appellant. Galli intelligentes quod in hostis portum perlata sint, scapha effugere & sese Scotis subducere conantur, sed effectu irrito, qui ab illis reprehensi, idem jus quod in Belgas statuere decreverant, sibi dici experti sunt, nempe ut hostes captivitate detenti. Et optimo jure Belgæ his insidiis uti potuerunt. Nam si ex bonis ereptis nondum jus sibi asserere possunt hostes, antequam intra præsidia sua perlata infra b. c. §. 9. etiam Galli hoc casu in Belgarum personas velut ex ditione ad fidem devinctas sibi nihil vindicare potuerunt, quia errarunt in mari, & nondum via elabendi Belgis omnis præclusa fuit.

Aliud præsidium à comitatu navis præsidia-ria vel Admiralicis privata.

IV. Deinde navigantibus etiam à vi potentiore præsidium accedit. Et quidem vel à Classe naves quædam præsidiaræ ad persequendos excursores auf sie zu creußen in mare immittuntur, ut Wrangelio à Svecis contra Danorum excursores ejusmodi expeditio commissa, & contra Portugallorum viginti, contra Turcarum autem octodecim naves Anno 1661 à Belgis instructæ. *Theatr. Europ. Tom. V. p. 725. Tom. IX. p. 448. seqq. p. 1369.* vel naves mercatorias Admiralitas privata comitatur, quæ hunc in finem certum bellicarum navium numerum constituit. Et talia præsidia nomine *der Convoyers* designare solent *Con-Obligations ring de Marit. commerc. §. 172.* Est propterea in locis, ubi viginti cum maxima commercia florent, ut in Belgio & alibi, peculiariter *præsidio. Et quid si navis in tutelam statutum, ne ulla navis oneraria ex portibus suis naviget, quam si ab Admiralitate stipata sit, & quando securâ ad portum præsidiariorum perducta, ut ibi tam diu naves bellicæ consistant, donec totidem conducendæ in locum præduci possint, ex quo sub comitatu suo abierant Grot. in *Introducl. ad Jurisprud. Holland lib. 3. c. 22. non potuit?**

M 3

Styp-



Strypmann *de jure marit. P. 458. n. n. 60. seqq.* Hinc culpæ nautæ solummodo tribuitur, quando navem sine conductore solvit, & ea in potestatem maritum excursorum redacta est, ut nec ab asecuratione præstita mercatoribus auxilium sperandum sit, si illa sub conditione sumendi præsidii inita fuerit. Sed tamen ex consuetudine maritima in tutelam prædicatorum venisse jam habendus est, & à culpa excusandus, qui modo in conspectu eos habuit, ac navigare ad eos annifus est, licet tempestate impeditus ad eos non pervenerit, cum non steterit per ipsum, quod scopum suum non attigerit, quam consuetudinem Collegium Admiralitatis Hamburgense observat, & secundum eam in singulari casu Anno 1707. pronunciauit, cujus sententiam calculo B. Dn. Strykii approbatam videre licet, in ejus *Usu Mod. ff. iii. de Exerc. 281. §. 6. & 7.* Cæterum officium maximè hujus Admiralitatis est, fidelem operam sibi mutuo præstare, & eadem pericula, quæ uni sociorum obveniunt, cum eo impavidè subire Marquard *de jure mercat. L. 2. c. 11. n. 36. seqq. supra cap. 2. §. 12. in f.* Quomodo verò pugna instruenda, ventis commodum hosti adimendum, ejus naves adoriundæ vel infidiis circumveniendæ, magis ab artis peritis addiscendum, quam in charta docendum est. Conf. interim Theatr. Europ. Tom. III. p. 764. Tom. IV. p. 243. Müller *Continuat. des Verroites en Europe P. 5. p. 98. seqq. P. 6. p. 487. P. 3. p. 159. P. 9. p. 542. seqq. P. 10. p. 1140. & 1163.*

Quomodo V. In hac societate navali seu Admiralitate privata ratio *damnum & communis computandi lucrum & damnum, quæ totam societatem respicit, ita se habet. Solent æstimari naves & quæ in hac Admiralitate computantur, & ex his summa confici ut damna quæ eveniunt, in quibus quoque sunt vulneratorum impendia, cum plena mercede & vectura ferantur à dominis mercium & navium pro parte quam habent in ea summa singuli, quod juri naturæ consentaneum est Grot. II. 12. 25. Weitfen de Avariis §. 16. ibiq. Vicq. Aliquando etiam singulis masculè pugnantis certa præmia ab Admiralitate promittuntur, quæ occiso eo qui meruerat viduæ ejus aut heredibus cedunt, vulnerato vero adhuc ultra ista præmia alia gratia conceditur Ordin. Admiralit. Hamburg de Anno*

Anno 1639. art. 15. Si ex aduerso accidat, quod quis societatem frangat, & officium suum negligat, ad damnum, quod inde reliquis contigit, de suo relatiendum tenetur, & ob defectum pecuniarum etiam corporaliter plectitur *Ordin. Hanseat. mausic. art. 7. ibique Curicke.* Navibus vero, quæ celeri sua navigatione fretæ à cæteris excursionses faciunt, damnum ab hostibus illatum omne imputandum est, & nihil ex communi restituendum, utpote quæ sua culpa damnum sentiunt, & sui facti nomine pœnam merentur *arg. L. 9. ff. de noxal. act. Lo 203. ff. de R. J. Marquard. d. l. n. 37.*

VI. Ex tali utriusque partis & excursorum & præfidiariorum *Excursores* proposito, facile liquet, non ostentationis gratia aut ad terren- *nostri apud* dum hostem tale quid agi, sed quod illis animus sit mutua vi *suos hostes* injecta pugnandi, & aduersariam partem superandi. Hac *considerandis* occasione videamus jam de conditione Excursorum nostrorum, *ut publici ho-* quali apud hostem suum considerari debeant. Et cum illi non *stes.* privata autoritate, sed nomine Reipubl. suæ militent, in hostium naves imperum faciant, diripiant, occidant & qualem- cunque violentiam peragant, non ut fontes criminum considerari possunt, sed ut tales qui jure belli agunt, consequenter non aliter quam ut publici hostes, quibus quæ hostium jura sunt omninò omnia seruanda, ut & cum illis non aliter quam secundum ea procedi oporteat *Ziegl. de Jure Majest. Lib. 2. c. 33. §. 77. & 82. in f. Molina de Just. & Jure Tr. 2. p. 71. in f. Textor in Synopsi J. Gent. c. 18. n. 104. Rhet. Dissert. de Jure Pors. cap. 3. n. 7. in f. Les Iles & contumes de la Mer p. 464.*

VII. Igitur victi & capti ut alii milites vel custodia detinendi, donec facta permutatione vel dato lytro redimantur, *Apud Tur-* cas sunt *serui* vel in seruitutem detrudendi sunt, ubi ea inter belligerantes *apud Christi-* adhuc obinet *Stryk. in not. ad Lauterb. tit. de L. Rhod. de jact. 3. anos detinen-* voce *Piratis Hert. Tom. I. Opusc. de Lytro Sect. 2. §. 16. in f. Si di donec dato* enim bellum inter Christianos & Turcas geritur, capti *lytro dimittuntur.* enim bellum inter Christianos & Turcas geritur, capti excursores in victoris seruitutem transeunt, apud hos quidem ex *causatur.* fauo-belli rigore, quo contra captos Christianos utuntur; apud illos vero ex æqua juris retorsione, quam contra Turcas adhibent, dum idem jus in eos captos statuunt, quod Turcæ

in captos Christianos æquum esse judicant, ut ita dispositum legitur in *Edict. fœd. Belg. d. 1661. art. 8.* quod exhibet Theatr. Europ. Tom. IX. p. 451. In bello autem quod inter Christianos geritur, tam dura servitutis Lex non obtinet, sed custodiuntur capti, & vel facta permutatione, vel soluto redemptionis pretio dimittuntur, quod vel victoris arbitrio statuitur, vel belligerantium conventionem determinatum est, nam dem aufferichten Cartel. Theatr. Europ. Tom. III. p. 678. Tom. IX. p. 335. Feltmann Respons. milit. per tot. Textor d. c. 18. n. 40. seqq. In Belgio vero Capitaneus captivos suos prius Admiralicui siftere tenetur. *Instructie waerna de Capiteyen etc. met Commissie uy. varende sullen hebben te reguleren d. A. 1705. 28. Jul. art. 37.* Et ibi quoque fœminæ & pueri nondum duodecim annorum à rigore captivitatis exempti sunt *Resolut. van Holl. d. 25. Jul. 1623.* opima ex ratione, quod juxta Senecam de *Ira lib. 7. c. 24.* illas sexus, hos vero tenera ætas excuset.

Casus quando ut pirata vel maleficus puniri possunt.

VIII. Hæc cum ita sese habeant, minimè jus erit victori in excursores severius animadvertendi, vel eos, quod prædas in mari egerint aut cædibus grassati fuerint, ut piratas puniendi Grot. III. 4. 3. Aitzema P. 4. lib. 38. p. 266. in sol. Hinc cum Colartus famosus Portugaliæ excursor Anno 1661. à Selandiæ Capitaneo captus esset, & Statibus Belgii ob gravia damna ipsis illata ad mortem condemnandus videretur, pro eo Portugaliæ Legatus intercessit, ut jure militari cum eo procederetur, quem tamen mors superveniens à judicii effectu liberavit. Theatr. Europ. Tom. IX. p. 433. Equidem punitos eos fuisse ut piratas, vel adversus eos poenam piratarum hostem decrevisse aliquando legimus, sed oportet aliud concurrisse malum, ex quo supplicio digni judicari quiverint. Si contra patriam excursiones faciens deprehensus fuerit, in eum justè ultimum supplicium statui potuit supra cap. 3. §. 8. Hostes ex aliorum portu nos inquietantes nobis pro piratis sunt supra cap. 2. §. 14. Et morte excursores illorum mulctandi, qui cum facta præda intra flumina nostra vel tonnarum signa extra tempestatis necessitatem consistere ausi sunt, de quo casu apud Belgas ita constitutum: „ op de Stromen van den Staet, binnen cenige van de Tonnen „ van

van dien, sullen werden genomen ofte op de Stranden, 11
 ofte a en de vaste Wal, langhs de Zee, gevangen sonder enige 11
 de minste conniventie of dissimulatie, mer de doodt sullen 11
 werden gestraft, ten were evidentelyck bleecke, dat sy door 11
 Storm en quaet Weer binnen gejaeght, of an Strandt gewor- 11
 pen waren geworden, on dat sy op de eerste ont meringe 11
 van Schepen binnen de Tonnen, of Menschen a en de stran- 11
 den, ofte aen het vaste Landt, haer overgegeven, ende 11
 de Wapenen afgelegd sullen heben *Edict. d. 24. Febr. 1696.* 11
 Groot. Placaet Boeck. *Vol. 4. Lib. 1. Tit. 7. 216.* Sanè excursores
 amicos invadentes ut latrones & pirata puniendi sunt. Quare
 cum Anno 1674. Gallicus talis pirata securitatem fluminum
 in Dania perturbare ausus esset, Hafnia ad poenam laquei
 condemnatus fuit, quæ ipsi tamen ad intercessionem Legati
 Gallici postea remissa *Aitzema Continuat Lib. XI. p. 107. Edit. in
 fol.* Et cum quidam ex urfor Ao. 1645. cum quadraginta duobus
 viris ad capiendam Rostochiorum navem ad Uchstadium in
 maris statione quæ der Nbede consistentem Hafnia mandato missus,
 istam non amplius offendens, Wismariensem invasisset, supe-
 ratus ab ea Uchstadium perlatus esset, ibi cum focii suis pa-
 tribulo suffocatus fuit, duobus pueris exceptis, qui conserva-
 ti, ut Hassinam rei gesta nuncii abirent *Theatr. Europ. Tomo
 V. p. 726.*

IX. Quod res excursorum attinet, quia navem saltem & *Bona eorum*
 alia mobilia apud se habent (vid. *L. 1. §. 6. & 7. ff. de vi & vi quando sunt*
arm. *Feltman Respons. VI. n. 36.* ubi habet quod jure belgico *prada hostiu,*
 onerariae naves pro immobilibus habeantur) postquam illis
 ab hostibus suis erepta fuerint, in pradam quoq; eorum ver-
 tantur, & jam ab eorum arbitrio pendent *Grot. III. 9. 14.*
Huber. Præl. ad ff. de Capt. & Postlim revers. Id tamen, quod ad
 omnem capturam bellicam requiritur, ut bona ita occupata
 sint, ut de eorum recuperatione desperetur, quod accidit, quando
 in portum aut alium tutum locum perlata sunt, & ita citra
 evictionis periculum possidentur, hic quoq; necessarium est,
 si ergo victæ navi excursori alii ejus focii in auxilium veni-
 ant, & occupatoribus iterum, antequam in loco tuto
 eam

ea extorqueant, pro præda nondum habebitur, sed priori domino restituenda erit Liv. lib. 3. c. 10. lib. 5. c. 16. Grönwegen de LL. abrog. ad L. 2. ff. de Captiv. Consultation Advysen P. 2. Consult. 95. p. 208.

Casus de præda inter Genuenses & Turcas apud Venetos tractatus.

X. Casum his annectemus, qui olim in portu Venetorum contigit, & inter Prudentes ventilatus fuit, ac ita sese habet: Genuensium quidam mercatores in navem Turcicam Constantinopoli pretiosis mercibus venientem inciderant, eamque expugnaverant. Sed adversis tempestatibus diu jactati, cum se suamque prædam aliter servare non possent, portum Insulæ Cretæ, quæ sub Venetorum imperio est, ingressi sunt, ut inde paulo post solvere & cum præda sua Genuam navigare possent. Accidit vero quod Veneti, Genuensium & Turcarum amici, ab his interpellati essent, ut prædam à Genuensibus repeterent & Turcis redderent, ex quo quæstio orta, an Veneti Turcarum postulato garatificari debuerint, an vero Genuenses defendere, qui prædam navali pugna ab hoste acquisiverant, & per plures dies nullo insequente hoste possederant, eamque in portum securum amici deduxerant? Pro posterioribus vero jus stetit sequentia argumenta evincunt, quia victor captæ navis in amici loco non minus quam in proprio tutus est, cui nec tate potest. Quando vero præda securam stationem obtinuit, jam occupatoris pleno jure facta est. Deinde quia amicus ob defectum Judicii pro jure accipere debet, quicquid à belligerantibus agit, hinc quod ab uno illorum alteri ademptum id iterum adimenti auferre & alteri adjudicare nequit, cum hoc facto neutralitatem rumperet, & alteri favere, alteri obesse inciperet. Non ergo non potuit, hoc casu Genuensium causa probari, ut ne quidem Turcas animum recuperandæ possessionis habuisse dicendum sit, quia dum tam diu à recuperatione destiterunt, rem pro derelictam habuisse censei possunt, facto enim hostium rerum dominium ut acquiritur, ita & facto idem contrario tantum adimitur L. 3. §. 9. ff. de A. vel A. P. Parum autem pro Turcis facit, quod eorum res nondum videantur intra præsidia capiearium deductæ, dum confiterunt in alieno portu. Nam per præsidia non castra aut stationes classium intelligenda tantum sunt, sed tuta in genere loca con-

contraque tentare hostis recuperationem nequit, quæ illa quo-
quesunt, quæ ad amicos & neutrales pertinent, in quibus quis ex
autoritate dominorum tutus est. Loccen. *de jure maris*, P. 2. c.

40 §. 6. seqq. Marq. *lib. 1. c. 15. n. 25. seqq.*

CAPUT VIII.

De Indemnitate præstanda læsi per Excursionem
maritimam.

Hæc reliquum est, ut indemnitas præstanda illis, *Dammum ab*
qui per excursionem maritimam læsi sunt, facia- *E.M. pro ve-*
mus mentionem. Casuale hoc damnum esse ei, *niens casuale*
qui id patitur, nemo dubitat, quia ob infirmitatem *est, hinc nau-*
humanam præcaveri non potuit *L. 1. §. 4. ff. de O-*
ratu.

Et A. L. 15. §. 2. ff. Locati L. 1. C. Depositi, ut & regulariter nemini
alii, quam illi soli, cui accidit, imputari possit. L. 2. §. 3. ff. ad L.
Rhod. de jact. L. 18. pr. ff. Commodati. Fac ergo nautam ordinariã
viã utentem, perdidisse cum mercibus navem, damnum omne
domini navis & mercium erit, nec regressum eorum nomine
contra nautam habet, Stracha de Naut. P. 2. n. 5. & P. 3. per tot.
Si instrumenta nautica ab alio mercede conductã per incursum
nostrorum prædatorum amissa sint, jactura horum locatorem
non conductorem sequitur §. 5. 7. Locat. L. 9. §. 1. inf. ff. eod. L.
sin. ff. Commod. & si commodato data ita perditã, damnum ho-
rum tantum commodantis est §. 2. 7. Quib. mod. re contrab. oblig.
Sapit itaq; justiciã sine lege & cerebrinã æquitatem, quando
hoc in casu contrarium statuitur in Consulatũ maris c. 204. ob uti-
litatem navigantium, ne ubi damnum hoc commodanti impu-
teretur, varia effugia comodatarii excogitent & libus commodan-
tem direxerit. Quasi nudæ assertioni comodatarii haberetur
fides, & is non obligatus sit ad probandum casum fortuitum, ac
quasi litium causa cessaret, quando ad hoc damnum ferendum
comodatarius obligaretur, qui æquisimè urget, ne id sibi impu-
tetur, utpote qui in nulla culpa est. Si porro aliud infortunium ex
ista calamitate sequatur, & mercatores fidem suã apud credito-
res perdant ac Bancruptoribus adscribantur, itq; planè ab omni
Nec conducto-
ri aut com-
modatario.
Parte infor-
tunia debito-
rum.

N

negotio

negotio mercatorum depellantur, id malum qualecunq̄ sit, solos infortunatos tenet, de quo nemo cum illis participat, sed asylum eorum unicum sibi cessionis beneficium est, quo à molestia carceris liberantur *L. 1. §. 4. C. Qui bon. ced. poss. c. Odoardus X. de Solut. Marquard. l. 4. c. 8. n. 15.*

*Quid si nau-
ta in culpa
sit?*

II. Aliter & adhuc ex spe recuperandæ æstimationis pro mercibus ablatis illarum domini factam direptionem percipiunt, quando in culpa magister vel nauclerus navis est, quod in piratarum manus inciderint. Tunc enim justum, ut ipsi culpæ suæ damnum ferant, & à domino mercium recte conveniantur, ad illarum perditarum pretium sibi exsolvendum *arg. L. 30. §. 3. ff. ad L. Aquil. L. 4. §. 14. ff. de vi bon. rapt.* Hinc non domini, sed magistri damnum est, si alios sui commodi causâ deprædari instituens, ipse ab illis spoliatus sit, ex quo mercatores læsi fuerint. Si piraticam navem, quam talem esse sciebat, vadis liberaverit, & postea ipse à piratis captus, navi mercibusq̄ exutus ac privatus fuerit *Stracha d. l. P. 3. n. 25. Loecen l. 30. c. 9. §. 9.*

*Quando
possit per as-
securationem
declinari?*

III. Cæterum ut variis periculis, quæ navigantibus per mare imminet, æsecuratione ab aliis præstita occurritur, quæ est conventa promissio de periculo mercium alio transvehendarum pro certo pretio suscipiendo, non immerito disquiritur, an mediante ea alicui quoq̄ contra excursorum direptiones confuli possit? & omnino personæ quæ transmittunt & illæ ad quas transmittuntur, pariter & ipsæ merces distinctim hic considerandæ erunt. Si subditi alicujus Principis belligerantis merces suas ad hostem exportare velint, vel si neutralis ad unum belligerantium merces contrabandas, ut ipsa exportatio illis personis & harum mercium est prohibita *tt. C. Quæ res export. Edict. Ordin. Holland. de Mercib. Contraband. & Commerce d. 28. Julij 1705. Consultat Advysen P. 3. Consult. 236. n. 681.* ita etiam æsecuratio pro illis nihil facit, nam utroq̄ casu agitur quod contra le em est *Grot. Introduc. ad Jurisprud. Holland. L. 3. c. 24. n. 6. ibid. Grönwegen.* Sic nec subditi alicujus Status possunt per æsecurationem certas reddere merces, quæ sunt hostis Status sui, quam æsecurationem Generales Ordines Belgii in *Edicto d. 30. Decembr. 1692.* expressè sub pœna confiscationis mercium & alia

& alia gravi multa prohibent, ipsisque Officialibus, qui negligentes inquisitionem fecerint, arbitriam pœnam etiam remotionem ab officio dicunt. Sed a contrario si subditus belligerantium merces ad amicum suum, vel Neutralis non contrabandas ad hostem meum, vel contrabandas ad non hostem sed utriusque belligeranti amicum transportare velint, & periculum sit, ne ab excursoribus contrariæ partis offendantur, spolientur aut detineantur, id rectè per assicurationem declinari poterit. Nihil enim hic in personis his & mercibus est, quo assicuratio infirmari posset magis quam in aliis, quas tali modo, donec specialis ratio non obstat, securas præstari posse, tam ex juris naturæ dictamine, quod ludos fortunæ ac mixtos probat *arg. L. 8. §. 1. ff. de C. E. V.* quam Jure Romano constat, quod conventionem sub conditione, quæ ab incerto fortunæ casu pendet, sustinet, & actionem inde ortam approbat *L. 17. §. f. ff. de P. V. L. 2. §. fin. L. 3. ff. de A. E.* Re enim rectè inspectâ, assicuratio nihil aliud quam indemnificis præstationem continet, quam quis alteri ob damnum ab hostibus, tempestate, piratis aut alio infortunio eveniens pollicitus est, de qua, quin jure fieri possit, nemo est qui dubitat *L. 9. S. 2. ff. Locati Argonaut Gustaviana §. Und zwar anfangs Hert. Tom. III. Opusc. de Param. Jur. Germ. Part. 1. Param 43. §. 8. Santerna de Assicurat. P. 1. r. 5.*

IV. Utrum vero in dubio per assicurationem periculum excursorum in se recepisse intelligatur Assessor, an quia de eo expressis verbis actum non est, illud quoque præstare non debeat, accipiti marte contenditur? nam cum casus, qui navigantibus accidunt, non unius generis sint, & fieri possit, quod vel in genere omnes recipiantur, ubi tamen unus vel alter adhuc, de quo non cogitatum, excludi potest; vel quod periculi & casus species nominatim exprimantur, ubi ad non expressos extensio non admittitur; vel quod principalibus casibus expressis generalis clausula subjecta, ex qua quis demum ad omne periculum teneretur *L. 4. §. 4. ff. Si quis caut. in judic. assend.* dubium merito est, an generali assicuratione quis etiam in specie de periculo excursorum teneatur? Nobis pro decisionis lege conventionem esse attendendam, & ad eam judici re-

*An in dubio
Assessor
periculum
excursorum ve-
ceperis?*

Spiciendum tutissimum videtur. Dant enim conventiones legem contrahentibus, & stricti juris sunt, nec ultra voluntatem contrahentium obligant Stypmann *de jure marit. P. 4. c. 7. n. 335.* Stryk. *Contract. & 3. c. 5. §. 29.* De ista vero conventionem ex assecurationis instrumento constare potest, quod Itali *Pollicem* i. e. instrumentum cautionis, Belgæ *Police*, mercatores communiter ex corruptione *Polu* appellare solent, fortè quod sicut pollex in manu reliquorum digitorum præcipuus, & quasi basis est, ita & hujus controversiæ decidendæ basis & fundamentum hoc assecurationis instrumenta n. dici posse, cujus formam & requisita videri possunt in *der Spanischen Ordnung von Assecurant auf Schiff und Waaren d. 1570. d. 20. Januar. art. 35.* Stypman *c. l. n. 335. seqq.* Scaccia *de Commerc. §. 1. qu. 1. n. 141. seqq.* Hoc notatu dignum, quod, ut literæ cambii, ita & talia assecurationis instrumenta in foro mercatorum garantigiata sint, quæ paratam executionem habent Curike *Diatrib. de assecurat. p. 10. in f.*

Quando contributio insti-
tuenda obso-
luta redemp-
tionem in
omnium con-
servationem,

V. Porro si accidat, quod navis & merces ejus certo pretio ab occupatione excursorum liberatæ fuerint, & in hanc liberationem unus nomine omnium redemptionis pretium præstiterit, huic reliqui, quorum interest navem conservatam esse, contributione quadam istud pro rata restituere tenentur, quia commune periculum & communis utilitas etiam citra conventionem ad indemnitatem obligat. *arg. L. 1. ff. ad L. Rhod. de jact.* Hoc tamen in nostro casu dubium sese exserit, quod non eadem ratio in excursoribus nostris quæ in piratis appareat, qui, quia privato ausu invadunt & spoliunt, eodem etiam accepto pretio pericula remittunt, ut qui illis pro omnium salute aliquid dedit, merito reliquos ad restitutionem pro rata obligatos habeat *L. 2. §. 3. ff. 1.* sed excursores nostri neminem amicam privata autoritate invadere possint, si autem de facto id fecerint, inaccessum sit in vasibus suis aliquid pro redemptione solvere, qui potius magistratui suo talem violentiam significare debent, utpote apud Judicem excursorum operam daturus, ut illi velut piratæ puniantur, adeo ut qui in redemptionem navis illis aliquid dederit, jacturâ dari puniendus, & adhuc graviore pœna tanquam collusor afficiendus sit, prout ita dispositum ex-

extat in *d. Ordin. Hisp. d. A. 1570. d. 20. Jan. art. 27.* hostium vero naves belli jure in vasas, debeant Admiralitatis cognitioni sistere, nec possint suo pte motu aliquid accipere, & navem invasam dimittere. Verum præterquam quod ejusmodi cautionibus nihil aliud agatur, quam ut dolosis excursorum collusionibus obviam eatur, ne illis tam civitati, quæ facile excessus eorum per ejusmodi transactiones punire impeditur, quam privatis noceatur, qui possent ad majorem redemptionis summam obligari quam quæ revera data est, istis rationibus non omnes casus prohibiti sunt, quibus aliquid excursoribus dari possit, sed sunt adhuc quidam excepti, ubi si evenerit aliquis eorum, contributio ista locum sibi merito vindicat. Ex illis vero sunt, quando Capitaneus navis excursoriæ ex certificatione dubitat, an navis hostis sit nec ne, & propterea processus longinquitatem metuit. Item quando metuit, ne apprehensæ navis amici veniant ad liberandum eam, simulq; sit periculum perdendæ navis suæ excursoriæ, in quam ex apprehensâ nave homines, in illam vero suos reposerat. His casibus permittitur redemptionis pretium accipere, inq; ejus securitatem pro obside magistrum navis detinere, donec exercitores ejus conventum pretium exsolverint. *Edict. Ordin. Belg. d. 28. Jul. 1705.* Quod exemplo, quod habet Müller in *Cont. des Verris. Europæ Vol. 3. P. 8. p. 238.* illustrari potest. Quinque nempe naves Amstelodamensibus Dunquerqueani ademerant, tres autem ob promissam redemptionem 8000. florenorum dimiserant, naucleris earum detentis, donec conventum pretium exsolutum esset. Præterea uni harum navium salvum conductum dederant per sex septimanas sine ullo gallicorum excursorum periculo navigandi & liberè piscandi.

VI. Omnino igitur his casibus, quod datum est ab uno excursoribus nomine omnium, sarcindum erit à reliquis, & adhuc præstanda erit hæc contributio, quæ Hafaria dicitur, licet aliquantro carius navem naucleris, quando fortè pecuniam vexit, ab invasione redemerit Klock de *Contrib. c. 19. n. 337.* Marquard. de *jure mercat. l. 3. c. 4. n. 38.* Vinn. ad *Peck de renant. tit. ad L. Rhod. p. 217.* Contribuendum quoq; si magister navis excursorem induxerit, ut hæc bona raperet, alia vero dimitteret, quia propter demon-

*Quibus aliis
casibus obvi-
near & qui-
bus non?*

stra-

strationem raptarum mercium alii consecuti sunt, ut tuas salvas haberent Weitfen *de Avariis* §. 14. *in f. seq.* Sed si promissuè huic vel illi bona erepta fuerint, reliqui ad contribuendum non obligati erunt, quia non voluntate aliorum amissum est, nec ipse quis volens amisit, sed ita quisq; quod suum fuit, perdit *L. 2. §. 3. ff. ad L. Rhod. de jactu.* Nec quando post acceptum pretium contra datam fidem excussores merces quasdam diripuerint, ab illis, quorum bona solâ fortunâ conservata sunt, aliquid exigi potest *arg. L. 4. L. 5. §. 7. ff. d. t.* nam demum contributio obinet, si eventus securus, quod quorundam damno periculum aversum, & aliorum bona conservata fuerint *Lauterb. Diff. de Equit. & extens. Leg. Rhodie* §. 7.

*Navium ad-
buc debetur
pro personis
& bonis ex
amica nave
direptis.*

VII. Accidit quod ex nave amici personæ vel bona hostium per excursionem maritimam direpta fuerint, de naulo vel vectura pro præstita opera nauta nihil remittere tenetur. Nam pari casu pretii solutionem æquam esse dicit Jctus in *L. 61. §. 1. ff. Locati* ubi quis navem conduxerat, ut ex certo loco in alium olei metretis tribus millibus impostis & frumenti modis octo millibus certa mercede navigaret, sed contigit, ut onerata navis in provincia novem mensibus retineretur, & onus impositum commissio, ideo quod veteræ merces fuerint tolleretur, & tamen respondit Scævola: nihilominus locatorem à conductore veteras exigere posse. Cujus manifesta ratio est, quod satis sit locatorem operam suam præstitisse *Stypman. d. Tr. §. 4. c. 10. n. 228. Christinæus Vol. 2. Decis. 202. n. 6.* Quoniam tamen in casu nostro capta cedunt excursori, ab eo non à personis vel rebus transvectis nauli exsolutionem vector exiget. *Tract. Pac. int. Fœd. Belg. & Ageriensis. d. A. 1662. art. 2. in Theatr. Pac. P. 2. p. 117.* Victor enim ille est, qui in locum victi succedit. Et quis pro vectura omnia oppignorata sunt, quorum victor possessor factus est, æquè ille ut alius hypothecariâ conveniendus erit, nam ad eum res cum suo onere transit *Alberic. Gentil. Hispan. Advocat. lib. 1. cap. ult.* Atq; his de materia, consilio & armis Populorum magis quam calamo Doctorum hæctenus tractata, differuisse sat esto. Deo fonti omnis justis æquiq; gratias devoto pectore exsolvimus humillimas, quod vires dederit ad opus hoc exantlandum, qui reliquis quoq; vitæ nostræ actiones in Sancti sui Nominis gloriam clementer dirigere velit.



ULB Halle

3

004 821 785




sb.

V318







4

Pr. 4. num. 30. 19

A7

1711, 2

FORTUNANTE GRATIA EXCELSI
DISSERTATIONEM
DE EO,
QUOD IUSTUM EST CIRCA

EXCURSIONES
MARITIMAS,

Tom Recht

Der Saperen /

PRÆSIDE

Viro Nobilissimo, Consultissimo, Excellentissimo

DN. SAMUELE FRIDERICO

WILHELMO /

U. J. D. Ejusdem ac Historiarum Prof. Publ.

nec non Athenæi Inspectore,

Fautore & Præceptore colendissimo,

Horâ locoque consuetis,

DIE XVIII. MENSIS JUNII ANNI MDCCXI

PUBLICÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI

SISTIT

FRIDERICUS Gottlieb Engelcke.

GEDANI, Typis JOH. ZACHAR. STOLLII,
ATHEN. TYPOGR.

